

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12

CALIFORNIA  
1955

SAN FRANCISCO  
CALIFORNIA

490

R. 13. 122

EPISTOLA

FRANCISCI  
TVRRIANI,  
Sacerdotis Societa-  
tis Iesu.

*De definitione propria Peccati  
Originalis, ex Dionysio Areo-  
pagita.*

Et de Conceptione Virginis & matris  
Dei, sine peccato, ex scriptura An-  
gelicæ Salutationis & testi-  
monijs antiquorum  
Patrum.

Ad Reuerendissimum D. Iacobum  
Amiotum Episcopum Antifi-  
diorensem.

Cum licentia Superiorum

SALMANTICÆ,

In ædibus Lucae Junta

M D LXXXII.

**D**ON Geronymo Manrique, Obispo de Salamanca del consejo de su Magestad &c. Por la presente damos licencia a qualquier Impresor desta ciudad para imprimir vna carta del padre Francisco Turriano de la compañia de Iesus, dirigida al Reuerendissimo Señor Iacobo Amiotto Obispo Antisidoriente, contenida en veynte y dos fojas de quartilla que estan rubricadas del infrascripto notario, guardando las pragmaticas de su Magestad y leyes destes reynos. Dada en Salamanca, treynta y vn dias del mes de Mayo de mil y quinientos y ochenta y dos años.

Don Geronymo  
Obispo de Salamanca.

Por mandado de su Señoria  
Illustrissima.

Hernando de Solier.

**ILLVSTRISSI-**  
**mo Ascanio Colum**  
**næ Abbati Sanctæ So-**  
**phiæ, Lucas**  
**Iunta.**



*VI libris  
quos edunt  
in lucem vi-  
rorum prin-  
cipum nomen ascribunt, id  
ij aut suæ erga eos volunta-  
tis testificandæ, aut aduer-  
sus obtrectatores patrocini-  
nij querendi causa facere  
se se dicunt. Ego cum  
+ hæc*


hasce causas cum ijs habe  
communes, tum vero illam  
peculiarē & propriam li-  
bellum hunc sub tuo nomi-  
ne emittendi habere mihi  
videor, ne si videlicet eum  
alterius tutelæ subiecero  
author ipsi iniuriam fecis-  
se iudicet; qui cum summa  
sit erga te animi propensio  
ne, iniquo animo ferre pos-  
sit, eum alterius fidei quam  
tuæ commissum, commen-  
datumque fuisse. Eius igitur  
tacitæ voluntatis inter-  
pres librum tibi offero, &  
trado

trado: tu illum ea qua soles  
humanitate excipe, nec mi-  
nus me qui edidi, qui illum  
qui scripsit ab inuidorum  
malevolentia vēdica: quod  
præstabis facile, si vel so-  
lius tui nominis splen-  
dore collucere  
patieris.



REVEREN-  
DISSIMO DOMI-  
no D. Iacobo Amiato,  
Episcopo Antifi-  
diorensi,

FRANCISCVS Turrianus So-  
cietatis IESV.

VOD ex li-  
teris Maldo-  
nati nostri,  
ad me supe-  
rioribus diebus datis intel-  
lexi, P. V. Reuerendiss. li-  
brorum meorum, quales-  
cunque sunt, lectione de-  
A 2 lecta-

lectari, fateor pergratum,  
& periucundum fuit, non  
quòd ambitiosus sim; etsi  
malebam hoc ab alijs po-  
tius, quàm à me prædicari,  
ne reprehensionem sapien-  
tis incurrerem, cù ait; Lau-  
det te alienus, & non os  
tuum: sed quod te omni ge-  
nere literarum alioqui cul-  
tum & perpolitum, ac ne-  
gotijs magis necessarijs, stu-  
dijsq;ue grauioribus occu-  
patum, aliquid spatij ad le-  
gendum nostra, eis surripe-  
re, spem affert, fore, vt qui  
magis otio abundabunt, &  
scientia atque iudicio mul-  
tò inferiores erunt; non vs-  
que-

quequaq; ea negligent, ne  
noster labor inutilis sit.  
Vbi hoc in epistola Maldo-  
natilegi, ipsa iucunditas, quã  
dixi, còtinuò excitauit me  
ad cogitandum, quo gene-  
re remunerationis tantum  
lectorem prosequeretur, &  
grati animi mei significa-  
tionem darem: beneficij  
enim loco pono, quod P.  
V. Reuerendis. tēpus vllū  
in meis libris legendis pon-  
nit: præfertim si non Le-  
ctor tātūm, sed Corrector  
esse vult, quod magnoperè  
opto, & si tempus vacat, pe-  
to & rogo. Statim ergo  
occurrit animo commen-

tatio quædam mea, etsi per breuis, de definitione peccati originalis apud Dionysium Areopagitam, à me iam pridem non indiligenter obseruata; quam quidem propter grauitatem auctoris Dionysij cupiebã cum ijs, qui studio eius tenentur, communicare, & in primis cum Parisiensibus, qui tanto Pauli discipulo Gallia Apostolo, Magistro & Patrono iure suo gloriantur. Scio alios ante me & fuisse, & esse nunc, qui studiosè Dionysium legerunt, in eoq; scrutando & vtendo multum operã

&amp;

& industriæ posuerunt: qui, vt me ingenio & sagacitate superarunt, ita & priùs & faciliùs olfecissent, quod ego serò tandem post eos, nec acti neque sagaci ingenio præditus, deprehendi, si cù ea cogitatione ad obseruandũ hoc in Dionysio accessissent, quæ ipse accessit. Semper enim mihi persuasi, non præterisse hunc diuinum scriptorem, id quod in diuina eius de sancto Baptismo tractatione præcipuum erat, delere scilicet baptismum peccatum originale, cum quo in hanc vitam ingredimur:

A 4 quòd

quod ille quidem ea ratio-  
ne tibi expressit, quæ quid  
sit, propriè & perfectè, &  
ad Scripturas sanctas ap-  
positè declarat. Itaq; cum  
hac sententia essem, ita at-  
tentè ac sæpè Dionysium  
legebam, vt singulas eius  
sententias & verba ponde-  
rarem, omnesq; illas mysti-  
cas Baptismi sacri cerimo-  
nias omni diligètia, quor-  
sum auctore Dionysio per-  
tinerent, considerarem. Sic  
factum est, vt me huius lo-  
ci de definitione peccati  
originalis apud Dionysiu  
obseruatio non præteruo-  
larit. Spero omnes deinceps

ceps scholas Theologoru  
relicta tam varia & multi-  
plici, quam nunquam satis  
expedita ratione, peccatū  
originis definiendi, rece-  
pturas inter alias Theolo-  
gorum sententias ratas, hæc,  
quam dico, Dionysij defi-  
nitionem: *ως εστιν φιλοσοφικώ-  
τερον και ακριβεστερον και οικουμε-  
νικώτερον και ταϊς θείαις γραφαϊς ακυλου-  
θητικώτερον.* Ex qua definitio  
ne illud quoque commo-  
di accedit, quod magis in-  
de adhuc apparet, de cuius  
DEVM, vt VIRGO DEI mater  
sine labe peccati originalis  
conciperetur, quod quidē  
ipsis verbis Angliæ salu-



tationis significari, planè & in Gallia Episcopo, ac  
 (vt arbitror) in altera com- alumno Principis Scholæ  
 mentatione, quam de hac Parisiensis, & cæterarum  
 quæstione contractè etiã, omnium parentis, quæ &  
 & concisè texuimus, pro ipsa huius sententiæ de con-  
 bamus. Has verò duas cõ- ceptione Virginis sine na-  
 mentationes, quia breui- turali labe originali Patro-  
 res erant, quam vt ex eis li- na est *νεγενετα*.

ber confici posset, in episto V T I G I T V R ad priorem  
 lam contuli quam ad P. V. commentationem aggre-  
 Reuerendis. mitto. Sanè diamur, ostensuri quid sit  
 quidem hæc epistola de de- peccatú originale, quo id  
 finitione peccati originalis facilius fiat, videamus priùs  
 ex Dionysio Apostolo & breui, quid non sit eorum,  
 Patrono Gallia, & de con- quæ alij aliter definierunt:  
 ceptione Virginis sine pec- neque enim est ipsa tran-  
 cato originali, tibi in pri- gressio Adæ, quod qui-  
 mis debebatur; tibi, in- dam nostri temporis scri-  
 quam, Dionysij studioso, pferunt, Augustinú credo  
 & A 6 malè

Quid nã  
 sit peccat-  
 um ori-  
 ginale.

male interpretati, qui in li-  
bro de Baptismo paruulo-  
rum peccatum dixit trans-  
gressions, propagationis  
& originis vitio transmis-  
sum. Quos quidem errare  
probant ij, qui non pecca-  
uerunt (sicut Apostolus ait)  
in similitudinem præuari-  
cationis Adæ, in quos etiã  
mors regnauit ab Adam,  
vsque ad Moysem, id est,  
quousq; durauit Moyse;  
lex, inquam, & Prophetæ,  
hoc est, vsque ad Euange-  
lium. Quod si fuerunt, qui  
in similitudinem præuari-  
cationis Adæ non pecca-  
uerunt, multo ergò minùs  
illud

illud ipsum peccatum Adæ  
peccauerunt. Neque rur-  
sus est peccatum origina-  
le, imitatio transgressions  
Adæ, vt Pelagiani volebãt.  
Si enim, secundum senten-  
tiam Apostoli, qui baptiza-  
ti sunt in mortem CHRIS-  
TI, mortui sunt peccato,  
quomodo infans per ba-  
ptismũ peccato moritur,  
quod ad imitationem per-  
tinere non potuit, antequã  
eligere puer infans possit?  
Nec est peccatum origina-  
le, substantiale malum, vt  
Manichæus dicebat, & di-  
cit nouus Manichæus, Mat-  
thias Flaccius Illiricus: quo

A 7 modo

modo enim substãtiale esse potest, quod accessit naturæ humanæ; & principium habuit voluntatem? per vnum enim hominem, inquit Apostolus, peccatû intrauit in mûdum, in quo omnes peccauerunt. Nec est participatio peccati Adæ, vt sentiunt ijdem, qui dicunt peccatum originale esse trãsgressionẽ Adæ, scilicet nobiscum communicatam, & à nobis participatam. Illud enim Apostoli, per vnum hominem peccatum intrauit in mûdum, non de peccato Adæ nobiscum communicato accipien

cipiendum est; peccatum enim Adæ non intrauit in nos, sed in ipso remansit solo, quousque per penitentiam deletum est; sed potius peccatum quod nos peccauimus, qui eramus in lumbis Adæ, intrauit ad nos, cum primùm in vtero vitam cepimus, & cum eo nascimur. Neque rursus peccatum originale est peccatum commissum ab anima, sua voluntate, antè hanc vitam, sicut nonnulli, ex quibus fuit Origenes, falsò putauerunt, vt etiam Augustinus, contra Cœlestium & Pela-

Pelagium notauit, cum nihil neque boni, neque mali egerit anima, antequam fuerit in corpore: imò cum ne fuerit quidem. Neque est peccatum originale, concupiscentiæ carnalis ingenuitæ vitium, quod pater in filium traicit, vt Augustinus aliquando vult, vt in libro contra Pelagiũ & Cælestium, id est, vitium ingenuitum, quo caro aduersus spiritum concupiscit cum reatu, id est, habens obligationem ad damnationem, vt idem interpretatur in libro contra Iulianum Pelag. fomes enim vt potè effectus,

fectus, & ipse reatus posteriora sunt peccato originali: quæ autem sumuntur in definitione, priora debent esse, vt Philosophi tradunt. Neque est peccatum originale alienatio a Deo, quæ mors est, quod quidam ex antiquis senserunt, vt Marcus Anachoreta, & Anastasius Patriarcha Antiochenus: non, inquam, est reatus ad poenã, hoc enim ad Pelagianos quodam modo pertinet, qui aiebãt nullum naturæ vitium cū pueris nasci: esto, non pateret illis regnum coelorum absq; Baptismo. Neque peccatũ origi-

originale est carentia iustitiæ originalis cum debito habendi eam, vt Anselmus, & eum secutus Scotus definirunt, quia carentia priuatio mera est, in peccato autem originali, non est priuatio mera, sed dispositio, siue habitus quidam. Deinde, illud cum debito habendi eam, non declarat, vtrum debitum dicatur, naturæ, an personæ. Siquidem amissa per peccatum gratia baptisimi, quæ hominem in pristinam iustitiam originalem secundum vacationem omnis culpæ restituit, reno-

uans

uans eum secundum imaginem eius, qui creauit illum in iustitia, & sanctitate veritatis, non redit peccatum originale, manet tamen carentia iustitiæ Originalis cum debito habendi eam, non quidem naturæ debito, quod iam per baptismum in sanguine Christi, qui naturam nostram assumpsit, semel solutum est, sed debito voluntatis, debemus enim velle facere & pati, quantum opus erit, vt ab omni peccato mundemur ad intrandum in gloriam coelestem. definitio igitur non erit æqualis definito, nisi

suma-

sumatur in definitione differētia propria peccati originalis. Hactenus de malis definitionibus peccati originalis. De definitione autem S. Thomæ nihil dicendum est, cum facilè ad definitionem Dionysij referri possit. Sequitur, ut nos quid sit, si fortè possumus, perfectè declaremus. Ac primùm quidem sciūt omnes Catholici, quid hæc oratio, peccatum originale, significet: nempe peccatum, quod omnes in Adā peccauerunt. Idem rursus credunt & confitentur esse id peccatum in filiis Adæ, do-  
nec

nec per baptismū tollatur: quid verò illud sit, id est, quæ eius natura & ratio, adhuc disceptatur. Nos autem qui hoc idem in præsentia inquirimus, ut exitū tandem aliquem reperiamus, in re tā difficili quam varia, sequamur Scripturā, & diuinum eius interpretem Dionysium. Ergo quia eiusdem scientiæ est considerare negationem & priuationem, & id cuius est negatio & priuatio: cōsiderare prius oportet id, cuius priuatio est ipsum peccatum: esse enim priuationē, ut negari non potest, ita  
ple-

Quid  
peccatū  
origina-  
le signifi-  
cet.

Inuesti-  
gatio de  
finitio-  
nis pec-  
cati ori-  
ginalis.

pleriq; auctores, qui de eo tractarunt, confessi sunt. Fecit ergo DEVS, vt ait Scriptura, hominē ad imaginē & similitudinē suam ad imaginem quidem *κατ' εἰκόνα* vt antiqui Patres & Ecclesie Doctores dicitū tūm quia fecit eum partem rationis, qua imperaret partibus animæ, iræ & cupiditati, quas dedit Deo homini, tanquam seruos naturales, vt ait Damascenus in Oplotheca contra Monophysitas, sicut omnia seruiūt DEO naturā: tūm quia immortalis esse poterat per gratiā, quod DEO

conu

conuenit per naturā. Hæc enim duo, scilicet, natura habere omnia serua, & esse natura immortalē, in literis sacris præcipue designant diuinitatē. Vnde beatus Ioannes Theologiā filij DEI diuinē docuit, ex ratione, siue sapientia DEI Patris, quæ est, & dicitur *λόγος* cui natura conuenit dominari, & ex æternitate esse, dicens: In principio, id est, ex æternitate fuisse *ὁ λόγος*, id est, verbum & sapientiam DEI Patris; & ex æternitate fuisse eū apud DEVM, & ex æternitate eundē fuisse DEVM: hanc Theologiam

serpens

Que in  
Scriptu-  
ra in pri-  
mis desi-  
gnent di-  
uinitatē.

serpēs diuinitūs didicerat, cūm volens suadere, quod **DEVS**: minatus fūerat primis parentibus; quocūq; die comederitis ex eo, morte moriemini, non ita fore: imò futuros sicut Deos, id est, immortales & sapiētes, Eritis, inquit, sicut **Dij**, scietes &c. quæ duo etymologia verbi ipsius designat: **DEVS** enim Græcè *θεός* dicitur, id est, vt omnia videns & contemplas, vt ait Dionysius cap. 12. de diuin. nom. item dicitur *θεός* vt circumiens, id est, & principio vsque ad finem

Etymologia verbi, θεός, ex Dionysio.

per omnia means, vt idem Dionysius ait capite. 10. atque hoc significari in ænigmate, cūm Scripturas sancta alias vt senem, alias vt iuuenem, describit **DEVM**. Hoc ergò significat hominem factum esse ad imaginem **DEI**, id est, rationis participem, & immortalitatis: quod clarissimè docuit Salomon Sapien. ca. 2. Fecit, inquit, **DEVS** hominē inextiminabile; vel, vt melius est in emendationibus exemplis Græcis manuscriptoris, ad immortalitatem. Sequitur, ad imaginē sempiternitatis suę fecit eū; quod

Quid factū esse hominem ad imaginē Dei

B peria-



perinde est quasi diceret, hac, scilicet, ratione immortalis fecit DEVS hominem ad imaginem suam; qui est ipse natura æternus, sic enim est in exemplaribus emendatioribus, non autem ad imaginem similitudinis fecit eum. Et ita legit, atq; interpretatur S. Athanasius in libr. contra Gentes. Fuit autem facile, vt vera lectio Græca corrumperetur, vna litera detracta, scribendo pro *ad idem* idem quod vulgata interpretatio reddit similitudinis. Sed hæc obiter. Redeo ad propositum. Hanc igitur imaginem

ginem DEI primus homo per peccatum non amisit, vt sanctus Epiphanius tomo. 3. contra Audianos hæreticos probat; vel potius non omnino amisit, vt Gregor. Nyssen. & alij Patres loquuntur: non enim homo per peccatum desinit esse particeps rationis. Deinde post peccatum Adæ, Scriptura vult hominem dicit ad imaginem DEI, sicut Noe dictum est, Omnis qui effuderit sanguinem hominis super terram, pro sanguine eius effundetur sanguis eius: quia ad imaginem (inquit) DEI fecit eum. Quid enim hoc referebat,

Quid sit  
factum ef-  
se homi-  
nem a dñi  
similitudi-  
nem  
DEI

ad vindictam sumendam  
de interfectione hominis,  
si iam non erat ad imaginē  
DEI, sed potius per peccatū  
illam amiserat? Sed de hoc  
plura Epiphan. Videamus  
iam deinceps, quid illud al-  
terum sit, quod adiūctum  
est, ad similitudinem DEI  
factum esse hominem, id  
est, non solū factus est, vt  
esset aptus natus, ad capien-  
dam iustitiam & sanctita-  
tem, omnemq; virtutē &  
imitationem DEI, quod ine-  
rat in ratione imaginis, id  
est, in eo, quod particeps ra-  
tionis factus erat (est enim  
ratio radix libertatis huma-  
næ,

næ, quam DEVS dedit ho-  
mini, sicut ait Didymus in  
libro de libero arbitrio, vt  
esset electione bonus) sed  
re ipsa secundū actū crea-  
tus est, sicut Apostolus ait,  
in iustitia & sanctitate veri-  
tatis. Creatus, inquam, est,  
conuersus ad DEVM, & imi-  
tans eum pro viribus omni  
vera sanctitate, ac proinde  
similis DEO. Vnde Diony-  
sius Areopagita capit. 9. de  
diuinis nom. Dat, inquit,  
DEVS similitudinem, con-  
uertentibus se ad eum, se-  
cundū imitationem pro  
viribus. Et quanquam An-  
geli (vt hoc obiter etiā an-  
B ; notem)

notem) ad similitudinem  
 DEI facti quoque sint, ut eum  
 imitentur, eiusque exprimant  
 similitudinem, ut ait idem  
 Dionysius capit. 4. Coele-  
 stis hierarchiae, unde  
 diab ab eodem vocantur, ta-  
 men praecipua ratione praeter  
 ceteris homo dicitur ad im-  
 aginem & similitudinem  
 DEI factus, quia ad hoc ei,  
 non solum cetera omnia  
 subiecta fuerunt, ut essent  
 tanquam instrumentum  
 ac materia huius similitu-  
 dinis DEI, comparanda  
 per imitationem, sed An-  
 geli ipsi dati sunt tanquam  
 ministri & adiutores. Er-  
 go

go ad exercendam, con-  
 seruandam & augendam  
 homini conuersionem ad  
 DEVM secundum imita-  
 tionem, ut similitudinem  
 DEI retineret, dedit pri-  
 mo homini DEVS man-  
 datum sanctum & bonum,  
 at homo elegit contra ma-  
 datum, ut sumeret cibum  
 vetitum, & auerteret se  
 a DEO, eligendo contra-  
 rium: seque similitudine  
 DEI priuaret. Ut enim  
 DEVS (sicut Dionysius, ut  
 supra meminimus, ait) dat simi-  
 litudinem conuertentibus se  
 ad eum secundum imitationem,  
 sic in peccato dicendum est,

Quomodo  
 peccauit  
 Adam su-  
 mens lo-  
 cum vetitum

qui se auertunt à DEO priuare se similitudine DEI, quæ haberi debet. Et hæc priuatio similitudinis DEI, est differentia propria, & vltima forma peccati: habet enim actus principaliter secundum Scripturam, vt sit coniuncta, & ex accidente malus, ex eo, quod homo eligendo talem actum per se, reddit se per accidens dissimilem DEO, ad cuius imaginem factus est, vt ei se assimilet, ipso adiuuante. Vnde Dominus; Estote, inquit, perfecti, sicut pater vester coelestis perfectus est. Est enim hoc generale præceptum, quo

Quæ sit differentia propria, & vltima forma peccati.

quo iubemur, vt omnigenere virtutis assimilemus nos DEO, quoad fieri potest. Vt autem huiusmodi DEI similitudo venire non potest, nisi per conuersionem ad eum, quâ nobiscum operatur DEVS, quæ est tamquam dispositio necessaria: antegressa: sic neque dissimilitudo DEI, id est, priuatio similitudinis eius, fieri potest sine auersione antegredienti, & inordinatione, quam vocant, tamquam dispositione ad priuationem similitudinis DEI, siue ad dissimilitudinem DEI, quæ est, vt dixi, tamquam forma & differentia

Quæ sit dispositio ad formam peccati originalem.

Quando peccati est mortale, & quando veniale.

propria peccati quod tunc quidem est mortale, cum in eo est priuatio similitudinis DEI, veniale vero, cum non est priuatio similitudinis DEI, sed est aliquid præter similitudinem DEI, quia est præter charitatem, quæ similitudinem DEI exprimit. Hoc quoque docet idem Dionysius, cum ait in hier. Eccl. c. de Baptismo, renuntiare eum, qui baptizatur, omni contrario *id est* DEI, id est, contrario DEI formati, siue similitudini DEI: Renuntiat autem omnibus peccatis mortalibus, quibus carere potest, non autem

autem venialibus, quibus non potest. Satis ergo expositum est, quomodo peccarit Adam, cum cibum vitulum contra mandatum comedit; Et quæ causa fuerit effectrix peccati propria: & quæ non propria: peccauit enim, quia se DEO dissimilem fecit, ad cuius similitudinem factus erat, vt eius similitudinem semper seruaret, seq; ei semper magis ac magis similem faceret: fuitque ipse causa efficiens propria sue iniustitiæ.

SEQUITURIAM, vt ad definitionem peccati originalis veniamus, quod non

Quæ sit causa propria peccati.

est ita difficile definire; ex  
his quę hacten<sup>o</sup> dicta sunt.

Quomo-  
do pecca-  
tum ori-  
ginale  
contraha-  
tur.

Quia enim in lumbis Adā  
tanquā in origine nostra  
fuimus, sumusq; ex eo, tan-  
quā ex prima origine &  
principio nature nostre na-  
ti, factum est, vt ex iniusto,  
& dissimili DEI, ac mortuo  
Adam principe generis no-  
stri, iniusti, dissimiles, &  
mortui nati simus. Quare  
ratio peccati Adam in eo  
consistit, quod DEO, ad cu-  
ius similitudinem factus  
fuerat, sua electione dissi-  
mitem se fecit, id est, simili-  
tudine DEI se actu priuauit;

Quę fuit  
ratio pec-  
cati in  
Adam, &  
quę in  
nobis.

nos verò vt in eius lumbis

era-

ramus, & non per electio-  
nem nos DEO dissimiles fe-  
cimus: vnde natura, priuati  
similitudine DEI nascimur,  
& in priuatione perseuera-  
mus, donec renouatur crea-  
tura per Baptismi sacri my-  
sterium; & habitum simili-  
tudinis DEI recipit, fide, spe  
& charitate infusus; ~~et~~ *deum autē*  
charitatis similitudinē qui  
fert, similitudinē DEI fert,  
quatenus homo fieri DEO  
similis potest, vt sanctus  
Diadochus in lib. de perfe-  
ctione spiritali ait: Ex eo  
igitur, quod hæc dissimili-  
tudo, id est, priuatio simili-  
tudinis DEI in genita est ho-

Vnde sit  
mat dif-  
ferentia  
propria,  
& vltima  
peccati  
origina-  
lis.

B 7 mini,

mini, sumitur differentia propria & vltima peccati originalis, ex eo dicti originalis, quod non per electionem voluntatis sue, sed in Adam origine sua, homo peccauit. Peccauius ergo originaliter, id est quatenus eramus in lumbis Adæ, qui fuit origo generis humani: eo enim comedente cibum veterum, & nos non per actum nostrum, quia nondum eramus, sed in eo comedimus, vt ita dictum sit: sicut Paulus loquitur de decimatione Leui, facta in lumbis Abrahæ. Et illo se

à Deo

Deo auertente tanquam dispositione antegrediente, seque, et consequenter dissimilem faciente sua electione & operatione: & nos eidem Deo nos dissimiles fecimus in Adam, & cum ea dissimilitudine nascimur: Quare erit peccatum originale habitus dissimilitudinis Dei ingenitus homini: sic mihi diuinus Dionysius peccatum originale definisse planè videtur: ne sine auctore, & quidem diuino ac Apostolico loquamur. Is enim loquès de adultis baptizatis, quorum tunc erat maior

nume

Quare dicitur peccatum originale, & quomodo peccauerimus originaliter.

Definitio peccati originalis ex Dionysio.

numerus quā paruulorū būs infructuosis tenebra-  
 (de quibus alioquin paruulorum: sic hoc posterius ne-  
 baptizatis in cap. de ijs qui mo dubitarit, quin de pec-  
 dormierunt, meminuit) locato originali dixerit. Quo  
 quens inquā, de adultis. Quid modo enim verisimile sit,  
 Baptismi ritus symbolico non meminisse eum pec-  
 myticoſq; tradēs, ad occurrati originalis, cū de purga-  
 detē eos verū ait, & manūone atq; ablutione Baptif  
 depulſione: cōmunicatiōe ageret, quæ propria est  
 nes tenebroſa malitiæ re peccati originalis? Est ergo  
 nuere, atq; hab. tū diſſimilē nec definitio peccati origi-  
 tudinis ſiſis ingenitū ſuff. nalis exactē poſita quæ  
 re &c. Vt autē illud pri<sup>o</sup> d. i. v. c. declarat, nunc defini-  
 xit. de peccatis actuali b. uationē quid ditatiuā vocant,  
 quorum poenitētia Baptifcū cōſtet ex genere proxi-  
 mum in adultis anteced. mo & ex differētia vltima.  
 imitatus Apoſtolum, vt ſi Genus enim proximū de-  
 quentiuſimē ſolet, qui aſſinitionis, eſt habitus diſſi-  
 Nolite cōmunicare operi miſitudinis Dei. Habitus  
 enim



Diuisio  
habitus  
indifferē  
tias con  
trarias si  
militudi  
nis, &  
dissimili  
tudinis  
Dei.

Diuisio  
peccati  
indifferē  
tias con  
trarias vo

enim diuiditur in differen  
tias contrarias, similitudi  
nis Dei & dissimilitudinis  
Dei. Deinde similitudo Dei con  
iuncta & composita cum  
habitu, virtus est siue iusti  
tia simplici nomine, cuius  
species sunt multæ: (loquimur  
autem de genere virtutis  
sanctæ, & spiritualis  
dissimilitudo verò composita  
cū habitu, simplici nomine  
vitium siue iniustitia  
vel peccatum dicitur, quod  
rursus diuiditur in contra  
rias differentias voluntarium  
& ingeniti. Voluntarium  
compositum cum vitio  
actualis siue personalis cu  
pa dicitur: hæc enim nihil  
aliud est, quàm vitium vo  
luntarium. Altera verò dif  
ferentia ingeniti composita  
cum vitio, peccatum ori  
ginale est, quod simplici no  
mine caret: vt iam peccatū  
originale vitium sit ingeni  
tum homini: siue, vt clariùs  
definiamus, vt Dionysius  
definiuit, pro genere proxi  
mo generis definitionē ad  
iungēs, est habitus dissimili  
tudinis ingenitus homini.  
Sicut, si quis hominem defi  
niens, generis definitionem  
adderet, dicens, hominem  
esse corpus sensituum, rati  
onale, esse autē hanc diffe  
ren-

luntarij,  
& ingeni  
ti.

rentiam essentialem peccato, vt cum alij, tūm Gelasi<sup>o</sup>  
 cati originalis, id est, ex qua in libr. contra Pelagianam  
 peccatū originale velutifor. haresim, interpretatus est,  
 mā sumat (cū sint diffe. graue iugum (inquit) super  
 tentiæ, vt Philosophus tra. filios Adam, à die exitus ex  
 dit, principium, vt vnum. ventre matris, significat  
 quodque sit id quod est) denim cum eo nasci homi-  
 dicisse mihi videtur Dionysium, vt etiam Philosophi  
 sius ex Apostolo, cū scri. naturale solent appellare,  
 bit in epistola ad Ephesios: qđ ab ortu ipso sequitur.  
 Eramus natura filij iræ; si. Quod ergo Paulus dixit na-  
 cut & cæteri, id est, non filijura, Dionysius dixit inge-  
 secundū eā similitudinē nitum. Rursus illam alterā  
 ad quā facti fueraus sed differentiam dissimilitudi-  
 dissimiles, & ad mortē dā. nis additā habitui, quæ est  
 nati, iam inde à principio definitio vitij, siue peccati,  
 & origine nostra ita nati. ceptisse mihi videtur idē  
 Et Sirach siue Ecclesiasticus Dionysius ex Scriptura fa-  
 loquens de originali peccato, quæ tradit hominem

Vnde in  
 Scriptura  
 Dionysio  
 differen-  
 tia essen-  
 tiale pec-  
 cati ori-  
 ginalis ad  
 definitū -  
 dum ip-  
 sum didi-  
 cerit

to, vt

esse fa-

esse factum ad similitudinem Dei; creatum, inquam, in iustitia & sanctitate ueritatis, sicut Apostolus ait, ut eum scilicet imitaretur, ut ferunt, tum terræ, tum seque ei semper similes redderet per electionem, quibus similes efficiuntur, Et Dauid: Cùm homo, inquit, esset in honore, id est, ad imaginem & similitudinem Dei factus, non intellexit, id est, noluit intelligere, ut bene agendo eum honoraret, sed potius se Deo dissimilem reddidit, & similes bestijs, per earum imitationem. Sed cõparatus est, inquit, iumentis, & similis factus

estus est illis, ut tibi, Porphyriõni, Cigno, Herodio, Caradrio, quæ sunt longi colli, & ex profundo, tum terræ, tum aquæ, cibum extrahunt: qui de ventre & cibis nimis solliciti sunt, quod Dominus in lege prohibebat in enigmate, interdicto eius modi auium esu: Item, acipitri & miluo similes sunt rapaces: cani similis is, qui vomitum peccati redit: & sui is, qui in vitio voluta, & sic in alijs. Itaque ex similitudine Dei, tanquam ex differentia propria for-

nam accipit virtus siue iustitia: similiter ex differentia huic contraria, formam accipit vitium contrarium siue iniustitia, siue peccatum siue quo alio nomine appellatur. Ex his etiam facile intelligi potest, cur CHRISTVS naturalis alioqui Adæ filius originalis peccati experierit: nempe, quia erat homo & idem Deus. Quomodo ergo poterat induere Dei dissimilitudinem, aut tunc à se, qui erat Deus, & naturalis imago Dei Patris ad cuius similitudinem facti essemus? quæ enim vitæ natura faciebat, vt, sicut

ait Esaias, antequam cognosceret, aut præeligeret mala, eligeret bonum, quoniam prius quam cognosceret puer bonum vel malum, repugnauit malitiæ vt eligeret bonum, eadem vis & natura, id est, diuinitas fecit, ne peccatum originale habere posset. Deinde quomodo peccatum originale habere poterat, qui in lumbis Adæ non fuit, quia ex virgine sine semine virili Spiritu sancto in eam superueniente, nasci voluit? tametsi ex Adam carnem assumpsit. Rursus intelligi potest, cur virgo

Quare  
Christus  
naturalis  
alioqui Fi-  
lius Adæ  
peccatū  
originale  
habere  
non po-  
tuit.

virginum M A R I A , originali quoque caruerit.

Quare decuit ut Maria Dei mater peccato originali caruerit? De quibus intelligendum sit, quod Apostolus ait, in quo omnes peccauerunt.

Quomodo enim decens erat, ut in ea vnquam habitus dissimilitudinis DEI fuisset, quæ illum paritura erat, ad cuius similitudinem facta fuerat? Ut iam, quod Apostolus dixit: in quo omnes peccauerunt, de illis omnibus accipiendum sit, quoscuq; aut possibile fuit, aut consentaneum peccare. Illud præterea, quanquam obseruatio minuta fortassis esse videatur, admonere tamen non poenitebit, quam Dionysius

dixit,

dixit, id est, dissimilitudinem, vocare nostros deformitatem vel obliquitatem: & similitudinem, vocare conformitatem vel rectitudinem; ita ut conformitas sit, qua homo Deo conformatur vel similis efficitur. Haftenus de peccati originalis definitione ex Dionysio.

H V I C quæstioni definitionis adiuncta est quæstio transfusionis peccati originalis in nos. Omnes enim sicut Apostolus ait, in Adâ peccauerunt, cum nõdum essent; quia antequam nati essent, in lûbis ei<sup>9</sup> fuerunt,

C 2 cùn

Exempli  
de deci-  
matis in  
lumbis A-  
brahæ, si-  
mile pec-  
cantibus  
in lumbis  
Adæ.

cum peccauit, præcepto Domini, quod acceperat, violato. Simile exemplum est ex parte, quod Apostolus in epistola ad Hebræos posuit, de omnibus filiis Leui, qui in Abraham, cum nondum essent, decimas sacerdoti DEI altissimi soluerunt. Subiungit autem Apostolus rationem; quia, inquit, Leui erat adhuc in lumbis Patris Abrahamæ, quando obuiauit illi Melchisedech. Sicut enim fuit Abraham pater circumcisionis ( licet circumcisio non erat ex natura ) & in Abraham elegit Deus omne femen

femen eius; sic Adā fuit pater omnium naturā, & in eo fecit Deus omnes, tanquam in origine naturali. Quare sicut decimas soluerunt, quicumque ex circumcissione fuerunt natura in lumbis Abrahamæ decimas soluentis; sic quicumque ex natura humana fuerunt in lumbis Adæ peccantis, peccauerunt: sicut rursus in eo accipiente iustitiam, antequam peccaret, omnes in lumbis eius iustitiam acceperant, & ad gloriam immortalitatis tanquam filij Dei per gratiam eius adducti fuerant, sicut

Apostolus in epistola ad  
 Hebræos, de eis post amif-  
 sam iustitiam loquens, De-  
 cebat, inquit, eum qui mul-  
 tos filios in gloriam addu-  
 xerat, autorem salutis eor-  
 um per passionem con-  
 summari. Qui multos, in-  
 quit, filios in gloriam addu-  
 xerat, in Adam scilicet: sic  
 enim Athanasius in lib. de  
 incarnatione interpreta-  
 tur. Ratio igitur, cur ex  
 Adæ peccato, peccatum  
 originale ad nos transfu-  
 sum est, hæc est, quia fui-  
 mus in lumbis Adæ, cum  
 peccauit, καὶ διὰ τοῦ ἀδάμ πέν-  
 τε τῆ ἀμαρτία ἐχρηογραφήσαμεν;  
 sic

Quæ sit  
 ratio transfu-  
 sionis  
 peccati  
 origina-  
 lis in nos

sic enim ait Proclus Con-  
 stant. in homilia de Natali  
 virginis, omnes peccatum  
 per Adam, manu obigna-  
 uitmus, & sic ab eius primo  
 femine ortum humanæ na-  
 turæ ducimus. Ex quo fit,  
 vt si quis aliter natus esset,  
 quàm per successionem na-  
 turalis generationis, ex il-  
 lo primo femine deriuatæ,  
 is iam quia ad Adæ lum-  
 bos, qui sunt instrumen-  
 tum generationis natura-  
 lis, non pertineret, non  
 in Adam peccasset: sicut  
 idem Apostolus de Mel-  
 chisedech ait (ne ab eodem  
 exemplo recedamus) non

C 4 fuisse

Compara-  
ratio de-  
cimatio-  
nis Leui  
in lūbis  
Abrahæ,  
facta cū  
peccato  
in lūbis  
Adæ cō-  
missio.

fuisse eum in Abraham de-  
cimatum; quia, inquit, cu-  
ius generatio non annume-  
ratur in eis, decimas sum-  
psit ab Abraham. Deinde,  
sicut decimatio Leui & fi-  
liorum eius facta in lum-  
bis Abrahæ, non fuit ipsa  
decimatio Abrahæ (illa e-  
nim fuit personæ Abrahæ,  
& actu peracta; siquidem  
ipse Abraham per se deci-  
mas soluit sacerdoti Dei:  
decimatio verò Leui & fi-  
liorum eius, nō per perso-  
nam Leui, sed per Abrahā,  
in cuius lumbis natura, Le-  
ui, & filij eius, tanquam in  
origine Leuiticæ trib<sup>9</sup> erāt,  
facta

facta est: & ob eam causam  
minor decimatio fuit, quā  
decimatio Abrahæ. Vnde  
Apostolus: & ut ita, inquit,  
dictum sit, per Abraham,  
& Leui, qui decimas accep-  
sit, decimatus est) sic pari-  
etiam ratione peccatū ori-  
ginale, non est peccatū ip-  
sum Adæ, sed minus pecca-  
to Adæ: illud enim fuit, ut  
vocari solet, actuale, siue  
personale. Quare cū  
dicit Apostolus: In quo om-  
nes peccauerunt, non sic ut  
illum peccasse intelligen-  
dum est; quod neque fieri  
potuit, cū nondum es-  
sent: sed potius, ut Apo-  
stolus



stolus ait, de Leui in lumbis Abraham decimatione, vt ita dictum sit: Leui per Abraham decimatus est; ad eundem modum, vt ita dictum sit, Omnes per Adam peccauerunt.

Quid illud sit, per vnum hominē peccatū intrauit in mūdū.

Sic enim idem Apostolus in eodem quoque loco loquitus est, inquit: per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, quod perinde est, vt si diceret: Per vnum hominē omnes huius mundi homines peccauerunt. Itaque vt Leui & filij eius cum decimatione originali, id est, facta in Abraham origine circū-

cisio-

cisionis, hoc est, populi Israelitici nascebantur, cum illa, inquam, habitudine decimationis factæ in Abraham, quatenus in lumbis eius erant, cum Abraham decimas soluit; sic de peccato originali dicendum est, omnes nasci cum illo habitu dissimilitudinis Dei, quē in lumbis Adæ induerunt, sicut explicatū est.

RVRSVS verò, quare ita factum est, vt Adam peccante, omnes in eo peccarent, quicumque in eo erant, κατὰ λόγον πεισματικῶν id est, secundum rationem seminale, cum alioqui-

Quare  
oīs qui  
in Adæ lū  
bis fuerūt  
peccauerunt. 23

C 6 non

exemplo  
decima-  
tionis Le-  
ui in lū-  
bis Abra-  
hæ facile  
intelligi  
potest.

non hoc in alijs parentibus  
& eorum filijs eueniat, vt  
ab illis ad hos labes pecca-  
torum, tanquàm hæredita-  
riæ possessiones veniant,  
aut tanquàm contagiones  
morborum dimanent, ex  
eodem quoque exemplo  
decimationis Leuiticæ tri-  
bus factæ in Abraham in-  
telligerelicet.

ET ENIM quia iustitiam  
soluendi decimas sacerdo-  
ti DEI altissimi, & gratiam  
benedictionis à sacerdote  
DEI profectæ, dedit Deus  
Abrahæ, tanquam capiti,  
& origini populi ab eo pro-  
creandi, & huiusmodi iu-  
stitia

stitia & gratia, non per-  
sonam Abrahæ tantum,  
sed naturam eius ornavit:  
id est, non dedit dona ista  
Abrahæ propter eum tantum:  
sed etiã propter eam  
gentem, quam ex stirpe  
eius, vt populus suus ef-  
set, elegerat: idcirco sol-  
uente Abraham decimas  
sacerdoti Dei, & benedi-  
ctionem ab eo ferente, tri-  
bus Leuitica pariter deci-  
mata & benedicta fuit in  
lumbis eius: & cum illius  
decimationis habitudine,  
vt dixi, Levi & filij eius na-  
ti sunt. Ad eundem mo-  
dum, & pari ratione, si

Adam iustitiã, in qua creatus est, & quam non propter se solum, sed propter naturam ipsam humanam, quam Deus illo suo dono ornare voluit, acceperat, conseruasset, vniuersum genus humanum cum eadem iustitia ab illa origine propagatum esset. Sic rursus, quia peccato admisso, iustitiam protoplastus amisit, fit, vt quicumque in lumbis eius fuerunt, & ex illo primo Adæ semine per successionem naturalem feminis ex semine originem trahunt, nudi iustitia illa, & cum peccato originali

ginali naturaliter orientur. Ex quo fit, vt vniuersa ratio peccati originalis ad nos transfusi, ex generatione naturali, à primo illo Adæ semine orta pendeat. Vnde qui tenet, qua ratione, & quomodo semen illud primum Adæ, ad vnionem corporis cum anima, quæ à Deo recen- ter creatur, & corpori organicè formato pariter infunditur, pertineat, idè facillè tenet, quomodo & quare ex peccato Adæ, culpa originalis ad hominis animã descendat, si sola caro ex Adã traducitur, & anima homi-

Vnde vniuersa ratio peccati originalis ad nos transfusi pendet.

Questio peccati originalis ex Adam trans-

falsi Au-  
gustino  
obscurif-  
sima.

hominis, nō ex anima Adæ  
generata est. Quæ beato  
Augustino obscurissima  
quæstio visa est, quam se in  
lib. quem de origine animæ  
scripsit, proposuisse, sed nō  
soluisse confitetur: Imò nō  
ad eam beatus Hierony-  
mus, ad quem librum mise-  
rat, respondit: Nō tam for-  
tassis quòd ad scribendum  
otium non esset, quod eum  
excusasse ait Augustinus,  
quam quod quæstio diffici-  
lis ad respondendum esse  
videretur. Quomodo verò  
semen illud primum Adæ  
ad animam hominis, ex il-  
lo semine ortum ducentis,

Quomo-  
do semē  
Adæ ad  
animam  
hominis  
ex illo se-  
mine or-  
ti perti-  
neat, ex  
Gregor.  
Naz.

per-

pertineat, optimè sanctus  
Thomas intellexit & expli-  
cavit, & antè eum multi an-  
tiqui Patres, vt Gregorius  
Nazianzenus testatur. Is  
enim Scripturam & ratio-  
nem Phylsices sequens, quo-  
modo natura hominis ex  
illa stirpe, & radice primi se-  
minis Adæ oriatur, & in il-  
lo semine tanquàm in cau-  
sa sit, elegatissimis versibus  
descripsit. Sic igitur ait in  
Heroicis  $\alpha\pi\epsilon\psi\upsilon\chi\theta\epsilon\tau\epsilon$ , profe-  
quēs post creationem Adæ  
aliorum hominum propa-  
gationem ex illa stirpe.

$\eta\delta\epsilon\mu\mu\alpha\epsilon\chi\epsilon\gamma\acute{o}\nu\alpha\iota\beta\epsilon\tau\alpha\upsilon\delta\iota\sigma\iota\varsigma\delta\upsilon-$   
 $\tau\alpha\epsilon\pi\iota\tau\omega$

$\sigma\delta\mu\mu$

Epistola

σῶμα μὲν ἐκ σαρκῶν, ψυχὴ δὲ ἐκ  
 κίσχητ' αἴθερος,  
 ἐκ τοῦ ἐκπέπλουσθαι πλάσσει χροῖς,  
 εἰδὸν ὁ μίξας  
 πῶς πρῶτοντ' ἔπνευσεν καὶ εἰκόνα  
 δῆσατο γαίῃ  
 αἰμὴ τὸν δὲ λόγον τοῖς ἐμοῖς ἐπίστασι  
 ἀεθῆγας  
 θῆναι θεοσαλεύσασθαι καὶ ἐσπόμενας  
 κλισίῃσσι  
 θεὸς καὶ σῶμα τὸ πρῶτον ἀπὸ χροῖδος  
 ἀμικκισσασθῆναι  
 ἔστιρον ἀνδρομῆν ἴσως ἐπλάσσει, οὐδ'  
 ἀτελήσσει  
 ἀλλοτὸ ἀλλοτὸ ἔχουσα βροτον πλάσσει  
 ἀπὸ βίξης  
 καὶ ψυχὴ πνευθεῖσα θεοῦ πάρα, καὶ  
 θεοῦ ἐπίστα  
 ἀνδρομῆσσι τύποισι συνέχεται ἀεθ'  
 γένεθλος

Francisci Turriani. 34

γένεθλος  
 σπέρματος ἐκ πρώτου μίξασθαι  
 κλισίῃσσι  
 ἰσητοῖς ἐν μιλήσασθαι αἰετὸν εἰδῶν  
 ἔχουσα

Interpretemur ad verbūz  
 Atque hæc quidem primi  
 hominis coagmentatio; ve  
 rùm postea corpus ex car-  
 nibus (scilicet viri & mulie  
 ris) anima verò immisce-  
 tur inuisibiliter foris illap-  
 sa formationi pulueris (id est,  
 corpori origine sua terre-  
 no) scit, qui miscuit, quo-  
 modo primùm inspiravit,  
 & imaginem cum terra  
 colligauit, nisi quis meis  
 verfi-

versibus assentiens hanc rationem fidenti animo, ac multos sequens statuet: Quia scilicet corpus à principio ex terra nobis concretum, postea fuit virile semen, quod non interibit, alijs hominibus, alio tempore, ex illa radice facta ex terra ortum ducentibus: ac postea anima à Deo inspirata, cum corpore humano formato, pariter copulatur recenter creata, ex primo illo semine diuisa multis, in membris mortalibus humanis semper speciem habens. Igitur ex terra primum, vt

Inceptio  
ratio para-  
phrasti

phra-

phrastice repetam, formatum est corpus Adæ: fuit que terra materia eius: deinde ex primo semine Adæ, quod potestate erat corp<sup>o</sup>, cæteri homines per generationem naturalem, originem ortus hæcenus ceperunt, & deinceps capient: animam Deo recenter create, & simul corpori organice formato infundente: que vt ait Gregorius ex primo illo semine diuiditur multis, id est, factum est per virtutem illius primi feminis Adæ, vt anima sit in materia hac, vt vniuersali, id est, vt in corpore humano organi-

ca ver-  
sui Gre-  
go. Naz.  
de origi-  
ne nostra  
ex Adæ.

ganico, inde ortum ducen-  
te, habeat, vt ait Gregorius,  
speciem suam, id est, fit for-  
ma eius. Ad hunc modum,  
ratione illius primi feminis  
traducitur natura huma-  
na, quæ ex corpore & ani-  
ma constat. Est enim ho-  
mo, (vt Philosophus ait)  
quiddam totum ex hac for-  
ma & hac materia, vt vni-  
uersali: itaque vt ratione  
materiæ proximæ, quam  
idem vltimam vocat, fit,  
vt hæc anima sit in hoc cor-  
pore (singulare enim, ait ip-  
se Socrates, ex materia est  
extrema) sic ratione primæ  
illius materiæ, id est, illius  
primi

primi feminis, anima est  
forma corporis humani:  
ab illo enim deriuatur co-  
modo & ratione, quam  
dixi, natura humana, quæ  
in singularibus est, & ex-  
tra singularia esse non po-  
test, nisi cogitatione tan-  
tùm. Hac itaque ratione  
semen illud primum Adæ,  
ad animam hominis ex ip-  
so Adam, secundùm ra-  
tionem feminalem oriun-  
di pertinet. Ex qua ratio-  
ne, ratio peccati origina-  
lis ad nos ex Adæ peccato  
transfusi pendet. Eodem  
spectat, quod ait san-  
ctus Thomas, per virtutem  
seme

Vnde p̄  
deat ra-  
tio pecca-  
ti origina-

Et, in nos  
ex pecca  
to Adæ  
trāsfuli.

feminis naturam humanā traduci, siquidem virtus, inquit, feminis ad animam mouet dispositiue. In eādē sentētiā dixit Scotus, per carnem concupiscibiliter traductam ex Adam fieri, vt ex ea formetur corpus organicum, cum quo anima constituit personam, quæ sit filius Adæ naturalis, & hac ratione peccatū ab anima per naturalem generationem carnis contrahi. Idem itaque sentit Gregorius Nazianzenus, ac limatiùs fortassis, & *φυσικώτερον* locutus: vnde peccatū, cum quo homo nascitur,

quod

quod per baptismum, qui est spiritualis quædam circumcisio, amputatur, in libr. de Baptismo, *ἀπὸ γένεως καλόμενα* vocat, id est, à generatione integumentū, propter tenebras, scilicet, quibus ipsa natura hominis ab ortu suo ex prima illa radice feminis Adæ, ratione generationis naturalis cepto, operta & circumfusa est, antequàm eam lumē fidei per lauacrum regenerationis tegumento illo tenebrico exutam, & spoliatam illustret. Vnde Apostolus inquit; eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in

Quomodo  
do Gre-  
go. Naz.  
peccatū  
origina-  
le voca-  
uerit.

D Domi-



Domino. Et B. Dionysius describens, in capitulo de communione, regeneratio- nem nouæ creaturæ factâ, obscuritatem, inquit, men- tis nostræ beata & diuina luce impleuit, & pulchritu- dine diuinæ similitudinis deformitatem decorauit.

Libenter ista hæcenus ex Gregorio Nazianzeno at- tuli, tùm vt pateat, quod in Scholis Theologorum do- cetur, quomodo per virtu- tem feminis natura huma- na ex Adam traducatur, vn- de ratio transfusionis pec- cati originalis, vt dixi, pen- det, idem quoq; multos ve-

teres

Quomo-  
do quod  
S. Tho-  
mas sen-  
sit de tra-  
ductione  
naturæ  
humane,  
ex Adam  
per virtu-  
tem femi-  
nis, unde  
ratio trans-  
fusionis  
peccati  
origi. pē-  
det idem

teres Patres teste Gregorio Nazianzeno docuisse: tùm vt admoneam, ne quis erro- re labatur, Nicetam Dady- brensem Episcopum, non benè hos Gregorij versus interptetatum esse, cùm il- lud, quod Gregorius dixit de anima, ex illo primo Adæ semine diuifa multis sic interpretatur, και ὅτις ἐκ τοῦ σπέρματος ἀρχηγίου ψυχῆς ἐκί- νησιν πολλάς και ἀπείρους πληθύν- νται, id est, & tanquàm ex semine antiquo illi<sup>9</sup> animæ, in multas & infinitas ani- mas multiplicatur. Fateor me quoq; aliquãdo hic in- terpres fefellit. Existimabã

senſente  
Gregori.  
Nazian.  
& multi  
alij cum  
eo ſenſe-  
rint.

D 2 enim

Quomo  
do Nice  
tas inter  
pres Gra  
cus malè  
versus  
Gregor.  
Naz. in-  
terpreta-  
tus est.

enim sic intellexisse Grego-  
rium, vt Nicetas iste inter-  
pretatur, et si Gregorius ani-  
mas à DEO creari planè af-  
firmat; sed nō ita est, nō hoc  
Gregorius sentit, quod Ni-  
cetas putauit, cū enim di-  
xit, ex primo semine ani-  
mam diuidi multis, non in-  
tellexit Gregorius primum  
femen animæ; nullū enim  
femen animæ, neque tan-  
quàm semen animæ est, vt  
Nicetas voluit: sed intelle-  
xit Gregorius, vt supra ex-  
plicauit, primum semen vi-  
rile Adæ, quod fuit radix  
humanæ generationis, ex  
quo natura humana polluta

ta ortum ducit, per natura-  
lem generationem. Hacten-  
us commentatio de pec-  
cato originali.

SEQUI TUR altera breuis  
commentatio de quæstio-  
ne Conceptionis Virginis  
sine peccato originali. In  
qua illud primū dicendū  
est, quod tradit Dionysius  
Areopagit. in principio de  
diuinis nominibus, non es-  
se longiùs progrediendum  
in diuinarum rerum tracta-  
tione, quàm quò lumen ip-  
sum, quod diuinę literę præ-  
ferunt, pertingit: sitq; hoc  
quod Apostolus Romanis  
præcipit, non plùs sapere,  
D 3 quàm

quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē. Quod diuinè mihi Dionysius in eo loco interpretari visus est, eodem vsus Græco verbo *σωφροσύνης*, id est, sobrietatis, id quod magis adhuc ex Eccl. cap. 3. intelligi potest, cum præcipit ijs intelligendis studere, quæ sunt necessaria, & non sunt occulta, nec supra nostras vires, nec superuacanea nobis, nostrisq; operibus. Quod, (vt mihi videtur) ea quæ talia non sunt inquirere, intemperantia sit ingenij, otio, industria, & studio abutētis. Certè non esse hanc quæstio-

nem

nem ex ijs, quæ Ecclesiasticus dicit occulta, nec omnino in Scripturis tacita, suo loco demonstrabitur: certè non esse supra nostras vires, DEO reuelante cognitionem eius, nec superuacaneam & inutilem nobis, nostrisq; operibus, Ecclesia Catholica satis apertè iudicasse videtur, cum diem festum Conceptionis solemnè ieiunia & celebritate quotannis voluit agitari. Vt sicut Apostolus de memorijs Sanctorum pia & Ecclesiastica religione colendis in epistol. ad Hebr. cap. 13. scripsit, inquit: Mementote

prepo-

Qualis  
sit quæ-  
stio de  
cōceptio-  
ne Virgi-  
nis.

prapofitorum ueftrorum,  
 qui uobis locuti funt uer-  
 bum, quorum intuentes ex-  
 itum conuerfationis, imi-  
 tamini fidem: fic nos non  
 folùm in exitum & ortum,  
 fed etiam in puriffimam &  
 omni peccato liberã Con-  
 ceptionem Virginis D E I  
 matris, intuentes, puritatẽ  
 eius summam, & Dominũ,  
 qui tãta gratia matrẽ fuam  
 cumulauit, femper laude-  
 mus. Itaque ut ad Ecclefiã  
 fticũ redcamus, addit dein-  
 de, non habens pupillas, in-  
 digebit lumine: fic enim eft  
 in exemplaribus Græcis,  
 quod perinde eft, quafi di-  
 ceret

ceret, qui oculis captus eft,  
 non uidebit lumẽ. Tranf-  
 feramus uermonẽ ad men-  
 tem, quæ eft oculus anime:  
 cui non eft, inquit, intel-  
 lectus fanus, non intelli-  
 git Scripturam, quæ eft lu-  
 men quoddam diuinum,  
 ut Scriptura ipfa uocare fo-  
 let. Subiungit deinceps idẽ  
 Ecclefiãfticus, fine cogni-  
 tione ne profitearis: ut iam  
 fapere ad fobrietatem (quod  
 magis hic locus explicetur)  
 fit etiam habere fanum in-  
 tellectum Scripturæ, &  
 per fanum intellectũ Scri-  
 pturæ cætera intelligere: ut  
 qui uifum habet integrum

lumen videt, & reliqua in lumine. Dicam<sup>9</sup> ergo prius strictim, quæ in hac quaestione ex Scriptura, contra Conceptionem obijci solent. Ad quæ cum breui respensum erit, nos etiam Scripturam proferemus, unde conceptam fuisse sine peccato, planè appareat. Obijciunt ergò illud. 2. Corinth. capite. 5. Quòd si vnus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui sumus: & cum idè Apostolus dicat in epistola ad Roman. de huiusmodi mortuis in CHRISTO, qui mortuus est, iustificatus

Quæ ex  
Scriptura  
contra  
conceptio  
nem Vir  
ginis sine  
peccato,  
obijci so  
lent.

tus est à peccato. Et paulò post, quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel &c. Sequitur, aut CHRISTVM non esse mortuum pro Virgine matre, aut si fuit, ipsam quoque mortuam esse, & quidem peccato, à quo fuit iustificata: ac proinde in peccato aliquàdo fuisse, nemo enim moritur peccato, aut iustificatur à peccato, in quo nunquàm fuit. Respondemus, cum ait Apostolus in illo loco: Ergo omnes mortui sunt, loqui eum de morte non vera, sed in typo per Baptismum, sicut

Respondeo  
ad locum  
ex epist.  
ad Corin.  
rinth.

in epistola ad Roman. scripsit, quicumq; baptizati sumus in CHRISTO IESU, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortē, vt quomodo CHRISTVS surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Similiter in loco superiore epist. ad Corinth. quia de eodē genere mystico mortis per Baptismum loquebatur, postquā dixit, ergo omnes mortui sunt, & CHRISTVS pro omnibus mortuus est, subiungit, vt in epistola ad Romanos

manos, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Sic soluimus debitum manendi in perpetua corruptione mortis, ad quam damnati eramus omnes, qui in Adā peccauimus, ad quos etiam pertinebat edictum illud: in quocunque die comederis ex eo, morte morieris: ab hoc debito, quia libera & immunis concepta est virgo DEIMATER, non opus habuit, vt per Baptismū peccato moreretur, in quo nunquā fuerat; neque tamen ex eo sequitur, vt non fuerit pro

ea mortuus C H R I S T V S,  
 quin potius multò excellē-  
 tius eam redemit, & pro ea  
 mortuus est. Siquidem in-  
 tuens D E V S in mortem Fi-  
 lij sui, qui redēpturus erat  
 genus humanum, voluit, si-  
 cut decebat, vt quæ futura  
 erat mater illius, in qua, &  
 ex qua formāda erat illa be-  
 nedicta caro, pretium redē-  
 ptionis, libera & immunis  
 conciperetur; propter ip-  
 sam illā mortem, per quam  
 futuri erant homines, sicut  
 Apostolus ait, ex mortuis  
 viuentes, & in nouas crea-  
 turas reformādi. Obiiciunt  
 præterea quod est in episto-

la

la ad Roman. capit. 5. Ita in  
 omnes homines mors per-  
 tranfuit, in quo omnes pec-  
 cauerunt. At idem paulò  
 infra in eodem cap. Si enim  
 inquit, vnus delicto mul-  
 ti mortui sunt, quos suprā  
 dixerat, omnes, hic dicit  
 multos, fortasè ne nemi-  
 nem exceptum existimare-  
 mus. Rogabo ergò istos,  
 cur ex eo, quod Paulus di-  
 xit, in quo omnes peccaue-  
 rūt, ipsi potius putent nulli  
 datā esse exceptionē, quàm  
 ex eo quod idē postea in eo-  
 dē cap. paruo interuallo di-  
 xit, vnus delicto multi  
 mortui sunt, existimemus

nos da

Respon-  
 ad locum  
 epist. ad  
 Roman.

Observatio Photij Cōst. in Scriptura figuram vniuersali, & sententia nō vniuersali.

nos datam esse? Huc pertinet, quod Photius Patriarcha Constan. in quæstionibus. & responsis ad Amphilo-  
lochium Cyrici Metropolitani notauit, sæpe in scriptura figuram esse vniuersalem, sententiam verò non esse, vt illud, quotquot antè me fuerunt, fures fuerunt & latrones: quod Marcionistæ, inquit, transferunt, ad vituperandum vetus Testamentum; aiunt enim comprehensum esse hinc Moysen & alios Prophetas, cum tamen de illis hoc dictum non sit; sed de illis, quos paulò ante aduētum

CHRIST-

CHRISTI, deceptores esse demonstrauerat. Sic oppugnatores Spiritus sancti, Omnia per ipsum facta sūt, interpretantur, sententiam esse vniuersalem, & non figuram tantum: huiusmodi est illud, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: nō enim virtus, pietas, sapientia, vanitas est. Et illud, Omnes inutiles facti sunt: nō enim inutiles sunt, qui per singulas generationes passiones, & demones & tyrannos vicerunt, & coronas meruerunt. Haftenus Photius. Sic ergò dicendum est, In quo omnes peccauerūt. figuram



guram & non sententiam  
vniuersalem esse. De ijs e-  
nim dicitur, qui peccare po-  
tuerunt, & quos peccare o-  
riginaliter non dedebeat.  
Sed hoc leuius fortassis est,  
illud grauius, quod nobis  
obiici potest, quod scilicet  
Zozimus Papa ad omnes  
Episcopos, aduersus Pela-  
gium & Coelestium scrip-  
sit, vt Augustinus in episto-  
la ad Optatū testatur, nullū  
nisi qui peccati seruus est,  
liberum effici, nec redem-  
ptum dici posse, nisi qui ve-  
rè per peccatum fuerit an-  
tè captiuus: At si ita sit, se-  
quitur Virginem non esse

re dicitur  
distinguitur  
animum

Alia obie-  
ctio, & re-  
sponso  
ad eam.

re-

redemptam, & Christum  
non esse vniuersalem Re-  
demptorem; quasi omni-  
no redemptio sit à pecca-  
tis & morte liberatio, & nō  
liberatio etiam à morte tā-  
tū corporis; Ita vt Virgo  
semel mortua, sicut omni-  
bus hominibus semel mo-  
ri, vt Apostolus ait, consti-  
tutum est, & postea à vita re-  
stituta, in coelum, vt credit  
Ecclesia Catholica, assum-  
pta, non amplius moriatur.  
Quod quidem per Christū  
redēptorē factum est, qui  
vt primogenitus ex mor-  
tuis, primus intrauit in  
sancta, aeterna redēptione

De mul-  
tipliciter  
bo redi-  
mendi.

inuen-

inuenta, sicut Apostolus ait. Ergo hæc quoquē redēptio dicitur, & est, sicut idem Apostolus ad Rom. capit. 8. Et ipsi, inquit, intra nos gemimus adoptionem filiorum DEI expectantes, redemptionē corporis nostri, tunc enim apparebit quòd filij DEI sumus. Et si enim adoptionem filiorū iam habemus, nondum tamen, sicut ait Ioannes, apparuit quid erimus. Imò & anima Virginis simul cum corpore redempta est, siquidem per Christum liberata est ab hac peregrinatione molesta & laboriosa, quam-

quamdiū enim sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur à Domino. Deinde comprehendens Apostolus totam redemptionem nostrā per CHRISTVM factam, DEVS autem, inquit, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suā, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluati. Deinde subiungit, & cōresuscitauit & confedere fecit in coelestibus in CHRISTO IESV. Esto, non fuit Virgo conuiuificata, tanquam mortua prius

prius peccato vlllo; neq; fuit  
 gratia DEI à peccato, in quo  
 nunquam fuit, saluata, si  
 DEVS diues in misericordia,  
 gratia sua nos à peccatis sal  
 uauit, an non maior gra  
 tia, & maior misericordia  
 fuerit, præsaluasse, siue præ  
 seruasse hanc vnam Virgi  
 nem matrem suam futurã?  
 id est, fecisse, vt salua conci  
 peretur? Ac rursus si DEVS  
 fecit eam confedere in cœ  
 lestibus in CHRISTO IESU,  
 quomodo non est redem  
 ptionis CHRISTI particeps  
 facta? Prætereà cum idem  
 Apostolus scribit ad Ephe  
 sios, de Spiritu promissio  
 nis

nis sancto, quo sumus si  
 gnati, esse quidem pignus  
 hæreditatis nostræ in redē  
 ptionem acquisitionis pro  
 fectò perfectã illam & cœ  
 lestem redemptionem. in  
 telligit, cum absterget DEVS  
 sicut ait Scriptura, Apocal.  
 21. & Esai. 25. omnem la  
 chrymam ab oculis eorũ,  
 non erit amplius neque lu  
 ctus, neque clamor. Re  
 dempta est ergo Virgo, &  
 redemptor eius est CHRIS  
 TUS primogenit⁹ ex mor  
 tuis. Notauit quoque  
 Dionysius in diuinis no  
 minibus capite. 8. hoc ge  
 nus redimēdi, vt cum quis  
 defen

defenditur, ne de statu bonorum suorum deiciatur, redemptus etiam dicatur. Sozimus ergò de communi lege redemptorum, ac de communi redemptione loquebatur.

SED iam accessuri pedetentim & quasi gradatim ad Scripturam, ne lumen eius in oculos infirmos subito incurrens ferri fortasse non possit, dicamus prius aliquid, quod ad illam præparare possit. Deus cum omnia possit, non facit tamen

*κατὰ δύναμιν*, ut ait Magnetes Ecclesiasticus auctor, & per

uetus in libris Apologe-

tis

tis contra Theostenem Gentilem, id est, non facit, quatenus potest, sed quatenus vult. Vult autem, inquit, quæ conueniunt: conueniunt quæ decent: decent autem quæ consentanea sunt, sicut Apostolus ad Hebr. capitul. 2. ut doceret, quæ ratione consentaneum fuisset, ut Deus veniret homo patibilis ad instaurandum genus humanum. Decebat enim, inquit, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari. Ut enim Rex (inquit Athanasius)

explicatio loci  
epist. ad  
Hebr. cap.  
2.

Decebat eum, qui multos filios, &c. auctore Athanasio.

E expli-

explicans hunc locum in libro de incarnatione) postquam ædificauit urbem, si eam videat ciuium negligentia ab hostibus oppugnari & diripi, eam quidem liberat, non intuens in negligentiam & vitium ciuitatis, sed in decus suum & potestatem. Sic etiam Filius Dei fecit; alioqui, quid, inquit, profuisset, ad imaginem suam tam multos fecisse; tantaq; gloria eos ornasse in Adâ, antequam ab eâ gloria excideret, & secum posteros suos ruens traheret, qui illo stâte gloriosi & immortales vt filij Dei futuri erât,

vt

vt postea facti sunt filij iræ & dânationis; sic interpretatus est Magnus Athanasius, quod Paulus dixerat, qui multos filios in gloriam adduxerat. Igitur, vt restitueret, sicut idem ait, genus humanum in possessionem immortalitatis sublata morte perpetua, ad quam homo propter peccatum dânatu est, & vt nō amplius cum dæmonibus pollueretur corpore, anima & spiritu, sed potius his tribus sanctus esset, Deus cōtāplās in natura sua restituito ex omni parte omnino eo, quod erat ad imaginem Dei, scilicet, quantum ad

E 2

immor

immortalitatem & DEI cō-  
templationem, ad imagi-  
nem enim æternitatis fecit  
illum, vt Salomō ait, Sa-  
pient. 2. idcirco decuit, cor-  
pus nostri corporis simile  
fumere, vt morte sua, mor-  
tem nostram destrueret, &  
vt nobiscum versans negli-  
gentiam nostram, & erro-  
res atque ignorantias do-  
ctrina sua & exemplo cor-  
rigeret. Hactenus Atha-  
nasij sententia, ad explicā-  
dam rationem decentiæ,  
in CHRISTI incarnatione &  
passione. Vt igitur Scrip-  
tura, quod decuit, & cur de-  
cuit, fuitq; consentaneum

CHRISTVS

CHRISTVM pati, notauit: sic  
ad exemplum Scripturæ  
sanctæ licet nobis querere,  
an Virginem sine origina-  
li peccato conceptam esse  
decuerit, & qua ratione, vt  
si decuisse intellexerimus,  
sic factū esse intelligamus.  
Ac decuisse quidem, vt in-  
finita alia omittam, quod  
mihi propositum sit breuē  
esse, ex vna re potissimum  
intelligi potest, ex ipsa, in-  
quam vi, & natura origina-  
lis peccati, quod non est ita  
difficile intelligere ex his,  
quæ in superiore commen-  
tatione de peccato Adæ di-  
cta sunt. Quia enim in

Quare de-  
cuerit,  
Virgine  
esse con-  
ceptam si-  
ne pecca-  
to, secun-  
dum Scri-  
pturam.

E 3 lum-

lumbis Adæ, tanquam in origine nostra eramus, sumusq; ex ea natura, tãquã ex prima origine ac principio naturæ nostræ nati, factũ est, vt ex iniusto, ac dissimili Dei, & mortuo; iniusti, dissimiles, & mortui nati simus. Quare cum ratio & forma peccati Adæ in eo consisteret, quod Deo ad cuius similitudinem factus fuerat, sua electione vetitũ cibum comedendo, se dissimilem fecit: factum est, vt ipsi quoque dissimiles nos fecerimus, vt in lumbis eius eramus & non per electionem ac propriè, sed vt ita di-

ctum

ctũ sit, vt Paulus loquitur, de filiis Leui decimatis in lumbis Abrahæ. Ex quo rursus fit, vt quia hæc dissimilitudo, cum qua homo nascitur, ingenita est ei, idcirco sumatur inde differentia propria & vltima peccati originalis: ex eo distincti originalis, quod non per electionem voluntatis suæ homo, sed in Adã origine sua illud peccauit. Peccauimus ergò originaliter, id est, quatenus eramus in lumbis Adæ, qui fuit origo generis humani: eo enim comedente cibum vetitum, & nos non per actũ

E 4 no-

nostrum, quia nōdum eramus, sed vt ita dictum sit, in eo comedimus, & illo se à Deo auertente, seq; ei dissimilem faciente sua electione & operatione, & ipsi nos item dissimiles fecimus in Adam, & cum ea dissimilitudine nascimur. Hinc igitur facillè intelligi potest, cur Virgo DEI mater, originali peccato caruerit, scilicet, quia decebat, vt careret: decebat, inquā, vt superatis legibus nature, cum habitu similitudinis DEI conciperetur. Vt contra indecens erat, cum habitu dissimilitudinis DEI, vnquā

vnquam reperiri eam, quæ tanto honore & gratia dignanda erat, vt eius, ad cuius similitudinem in Adam facta fuerat, mater esset. Hanc igitur Virginem solam, decuit hac singulari ratione, non cum eo habitu dissimilitudinis DEI, quam in Adam post peccatum eius cæteri omnes induimus, concipi & nasci: sed cum habitu similitudinis DEI, quem omnes in Adam ante peccatum eius indueramus, quatenus eramus in lumbis eius. Hanc decentiam quam ex Scriptura ipsa obseruare didicimus,



mus, facile est hinc videre, si quis accuratè aduertat. Ex his etiam liquet, quod Apostolus dixit: In quo omnes peccauerunt, quod ij, qui contra nos sentiunt, sapè & multum vrgere solent, intelligendum esse de ijs omnib<sup>9</sup>, scilicet, quos possibile fuit peccasse. CHRISTVS enim peccare non potuit, quia erat DEVS, aut quos nõ fuit indecorũ peccare vt quid erat indecorũ peccare in Adã, id est, induere in Adã dissimilitudinem DEI, vt dixi, quæ futura erat mater Dei, ad cui<sup>9</sup> similitudinẽ fact<sup>9</sup> fuerat homo.

S 6

SEQUITVR deinde, vt quid Scriptura cõtineat de Conceptione Virginis, interpretibus magnis auctoribus breuiter attingamus. Scriptura verò est ipsa saluatio Virginis ab Angelo dictata, quã Magnus Athanasius in sermone *de euaggeliaz*, id est, de Annuntiatione *εὐαγγελικώτατον καὶ περιλάλητον* vocat, quod summa breuitate multa cõtprehendat & declaret. Aue MARIA, inquit, letari iubet: Angelus cùm auere iubet: est enim *χαίρει* vox latãtis. Letitiam itaque nuntiat, vt sit perinde, atque diceret,

E 6 exul

De conceptione Virginis sine peccato ex Scriptura saluationis Angelicæ. magnis auctoribus interpretibus.

exultet Spiritus tu<sup>9</sup> in Deo,  
 sic enim postea interpreta  
 ta est ipsa Virgo: verbum  
 Aue, quod ex Angelo au  
 dierat, quod erat vnum ex  
 ijs, de quibus dixerat Elisa  
 beth eidem Virgini; Et bea  
 ta, quæ credidisti, quoniam  
 perficientur ea, quæ dicta  
 sunt tibi à Domino: dictum  
 enim erat inter cætera per  
 Angelum, Aue: Vnde sta  
 tim Virgo ostendens, iam  
 perfectum esse in se illud  
 χαίρειν, id est, gaudium ab  
 Angelo nuntiatum, quam  
 obrem se ait infinitas gra  
 tias Deo agere, subiugit, Ma  
 gnificat anima mea Domi  
 num,

Quæ vim  
 habet in  
 salutatio  
 ne illud  
 verbum  
 Aue, Græ  
 cè χαί  
 ρειν.

num, & exultauit; id est,  
 quia exultauit spiritus me<sup>9</sup>  
 in Deo salutari meo: Illud  
 enim, Et, secundum idioma  
 Scripture, sæpè valet, quia.  
 Aue igitur M A R T I A, id est,  
 exulta, ac gaude: quod ni  
 hil aliud est, quam congra  
 tulari ei: sicut scriptum est  
 in Euangelio Lucae, de co  
 gnata eius Elifabeth, & au  
 dierant, inquit, vicini, &  
 congratulabantur ei, quod  
 Græcè est *οὐδὲ χαίρειν* compo  
 sito verbo ex hoc, quo vltus  
 est Angelus *χαίρειν*. Gaude  
 igitur, quia gratia plena, &  
 quia Dominus tecum. Hęc  
 sunt magna illa, quæ ea

dem Virgo dixit in Cantico, prophetans de hac nostra congratulatione, qua Virginem prosequimur, & beatissimam supra omnes beatos prædicamus. Ecce enim, inquit, beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potes est. Magna fuit gratia, qua supra omnes gratificata est à suo Salvatore, quæ iam conceperat, quæ erat causa gaudij, & exultationis eius, sicut eadē Virgo in cantico dixit: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Sed explicemus iam vñ verbi huius

Ecce enim  
beatam me  
dicent omnes  
generationes.

περιετι-

μύνη

μύνη, quo Angelus Virginē salutauit, imò explicet magni & antiqui auctores. Beatus Gregorius Neocæsariensis cognomēto θεοματουργός in sermone εἰς ἐυαγγελισμον interpretans quod Angelus Virgini dixit, ne timeas MARIAM, inuenisti gratiam apud DEVM, perinde inquit, est quasi dictum sit, ne diiudices gratiam secundum naturam νόμος γὰρ φύσεως ἢ χάριτος ἀποβαίνειν οὐκ ἀνίχηται, id est, legi enim naturæ se subijci non patitur gratia. Et paulò post, quasi explicās illud verbū salutationis καχαριστομίνη, quia in hac, inquit,

Quæ vim  
habeat  
illud gra-  
tia plena  
interpre-  
tē Grego-  
rio Neo-  
cæsarien-  
tic.

inquit, totius thesaurus gratiæ *ἡ ἀπόκρυφος*, id est, reconditus erat, Ex omnibus enim generationibus, inquit, hæc sola Virgo sancto corpore & spiritu fuit, sola fert eū, qui verbo portat omnia: & non solum admiratur Angelus pulchritudinem sanctæ, sed virtutes animæ. Idcirco, inquit, *ἡ ἀπόκρυφος*, id est, gratia plenam, appellauit. Cùm hanc solam Virginem ex omnibus generationibus dixit sancto corpore & spiritu fuisse, qui alioqui sciebat, quod Apostolus docet, studium veræ Virginis esse, curare, vt sit  
sancta

sancta corpore & spiritu, profectò de nouo & inaudito genere sanctificationis intellixisse necesse est. Id autem fuerit, ex omnibus generationibus hanc solam Virginem conceptã esse sine peccato originali. Fuerunt enim alij in vtero, postquàm in peccato originali concepti sunt, sanctificati. Rursus paulò post explanans quod idem Angelus dixit, Dominus tecum, tecum, inquit, nõ terrenus sponsus, sed ipse Dominus sanctificationis, pater castitatis; auctor immortalitatis, dator libertatis, salutis  
procu

procurator, & veræ pacis  
 conseruator & distributor:  
 qui ex terra Virgine fecit  
 hominem, & ex eius costa  
 Euam, Hic Dominus tecū.  
 Satis apertè significat hic  
 magnus auctor, vt fuerunt  
 Adam & Eua creati, omnis  
 maculæ puri, sic Virginem  
 omnis peccati puram gene-  
 ratã esse. Nisi enim sic fen-  
 sisset, quorsum dixisset, qui  
 fecit ex terra Virgine ho-  
 minem, & ex costa Euam,  
 Hic Dominus tecum? Vide-  
 tur enim comparasse crea-  
 tionem Adæ ex terra Vir-  
 gine, & Eue ex costa, cū pu-  
 rissima conceptione Virgi-  
 nis.

nis. Et rursus ex te, tecum:  
 cum pulehra pulcher, &  
 speciosus præ filiis homi-  
 num: cum impolluta, qui  
 sanctificat omnia: tecum  
 DEVS, & ex te DEVS &  
 perfectus homo. Impol-  
 lutam ergò vocauit, quia  
 nunquàm fuisset immun-  
 da, aut non sancta: cum im-  
 polluta, inquit, qui sanctifi-  
 cat omnia: fuisset autem ali-  
 quando immūda, si in pec-  
 cato originali concepta es-  
 set, à quo postea mundata  
 per spiritū sanctificationis,  
 non iã sola ex omnibus ge-  
 nerationibus sancto corpo-  
 re & spiritu fuisset, vt quidè  
 fuisse

Proclus  
Constantinopolit.  
tanus.

Theodotus  
Ancyrenus  
Episcopus.

fuisse hic grauisissimus & antiquissimus auctor Gregorius Neocæsariensis planè affirmat. Proclus quoque Constantinopolit. illustris & verus auctor in homilia de Virgine, inquit, ἡ τῆς παρθένου ἀμώλυτος σάρξ, id est, caro Virginis impolluta. Atqui caro sine anima pollui non potest, neque rursus animam quicquam potest: præterquam peccati labes, polluere. Item Theodotus Ancyranus in homilia quam de Natali Domini in Concilio Ephesino fecit, μήσεσθαι, inquit, παρθενική καὶ ἀκαρὰ τῶν ἁμιμιῶν καὶ τῶν παθῶν, id est, vterus virginis.

virginalis mundus à passionibus peccati, ex Apostolo mutuatus est, qui in epistola ad Roman. cap. 7. passiones peccatorum illa dicit, quæ capite proximo, id est, 8. dixit facta carnis, cū ait, si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: mortificare enim facta carnis, est non consentire eis per spiritum siue mentem. De huiusmodi autē factis carnis, siue passionibus peccatorum dixerat idem Apostolus in persona sua, cap. 7. vtens eodem verbo *πραΐτω*, vnde *πραΐεις*, id est, facio, vnde facta, quod nolo malum hoc facio,

facio, si autem quod nolo  
malum, illud facio, iam nō  
ego operor illud, sed quod  
habitat in me peccatum.  
Concupiscentiā dicit, qua  
caro concupiscit aduersus  
spiritum, quæ quia ex pec-  
cato Adæ orta est, peccatū  
vocatur. Ab istis igitur cō-  
cupiscentiis, quas hic au-  
ctor Apostolum imitatus,  
passiones peccatorum vo-  
cat, cū mūdā fuisse Vir-  
ginem affirmat, planè affir-  
mat non peccasse Virgine  
in Adam: neque compre-  
hensam esse, in illa senten-  
tia Pauli, in quo omnes pec-  
cauerunt. Accedit præter-

quia

reā

reā auctoritas diuini Dio-  
nyfij Arcopagitæ, capit. 3. <sup>Dionysij  
Arcopa-  
gita.</sup>  
de diuinis nom. cū enim  
meminisset de suo & Hie-  
rothei atque Apostolorum  
aduentu ad videndum cor-  
pus Virginis appellauit <sup>910-</sup>  
<sup>θεογον και ζωογονειν</sup> vt sanctus  
quoque Maximus, Diony-  
fij Scholiastes notauit: Ta-  
metſi vim horum verborū  
non explicauit. Nos verò  
quia singulis verbis vtrum  
que interpretari non possū-  
mus, interpretemur pluri-  
bus, id est, corpus, quod fuit  
Dei receptaculum, & dedit  
principiū vitæ, Ergò sicut  
Virgo quia peperit **DEVM,**

qui

qui in ventre eius, per vnio-  
 nem hypostaticam vtriuf-  
 que naturæ factus est ho-  
 mo, dicta est *θεοτόκος*, sicut in  
 Ephesina Synodo contra  
 Nestorium & patres eius  
 Paulum Samosatensem,  
 Diodorum, & Theodorū  
 Mopsuestiæ sancitum est:  
 sic eiusdem corpus *θεοτόκος*  
 dicitur, quia DEVM in utero  
 suo accepit: & in eo vsq;  
 ad partum portauit, iuxta  
 prophetiam Esaïæ, cum ait:  
 Ecce Virgo in utero acci-  
 piet, siue habebit, & pariet  
 Filium, &c. *Συμμετρως* vero  
 dicitur, id est, quod dedit  
 principium vitæ. Quia cor-  
 pus

pus Virginis dedit princi-  
 pium carni CHRISTI, quæ  
 facta est viuifica, & dedit vi-  
 tam mundo. Quomodo er-  
 go decebat, vt illud corpus  
 Virginis postquàm habuit  
 animam, fuisset vnquã mor-  
 tuum peccato, si dedit prin-  
 cipium vitæ illius, qui, cum  
 essemus mortui peccatis,  
 conuiuificauit nos? vt sicut  
 Eua secundum nomē, quo  
 eam vocauit Adam, fuit ma-  
 ter cunctorum viuentium,  
 sic esset Virgo mater om-  
 nium verè viuētium, dum  
 mater est eius, qui est om-  
 nis vitæ auctor, & vita ip-  
 sa, ac supra vitam. Præte-  
 rea



Sophro-  
nius Pa-  
triarcha  
Hieroso-  
lymita-  
nus.

reà Sophronius Hierosoly-  
mitanus Patriarcha, in epi-  
stola Synodica, quam vt  
Photius Constan. in Biblio-  
theca sua testatur, ad Ho-  
norium primum Pontificē  
Roman. scripsit, quæ in sex-  
ta Synodo recitata est, & in  
actione II. collocata, falsò  
autem inscripta Sergio Cõ-  
stant. Sic de filij DEI incar-  
natione cõfitemur: Et in vte-  
rum à viro intactum casti-  
tate virginitatis decoratū  
MARIAE sanctæ & puræ, &  
quæ DEI erant sapientis, &  
ab omni labe secundum  
corpus & animam, ac men-  
tem liberæ ingressus, car-  
nem,

nem affumit, qui erat sine  
carne: & quæ sequuntur.  
Græcè est, *παντὸς ἐλευθέρως με-  
λου καὶ τοῦ σώματος, καὶ ψυ-  
χῆς καὶ διανοίας*. Si ira & cupi-  
ditas, & omnes sensus cor-  
poris, ita erant subiecti ra-  
tioni, vt hac ratione secun-  
dum corpus & animam, &  
mentem, cui illa obedie-  
bant, esset innocēs, erat igi-  
tur libera ab omni labe pec-  
cati venialis. At ab omni la-  
be peccati venialis libera es-  
se nõ poterat, nisi fuisset li-  
bera à lege peccati quæ est  
in mēbris, sicut Apostolus  
ait, & quæ ex peccato origi-  
nali, qđ in Adā peccauim⁹,

manat. Et hoc rursus fieri non poterat, nisi à peccato quod in Adam peccauim⁹, aliena fuisset. Cùm harum partium corporis, scilicet, & animæ & mentis, ex quibus homo constat, mundiciem Apostolus Tessalonicensibus optat, & ad eò precatur, sic ait: *Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus & anima, & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Non dixit sine peccato, quia si dixerimus, ait Ioannes, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis*

Quid differat esse, sine peccato, & esse sine querela.

nobis non est; sed sine querela dixit, hac enim carere possumus, sicut ait Lucas de Zacharia & Elisabeth, & erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Nec hic dixit, sine peccato, propter eandem causam, sed sine querela, quæ ad crimen pertinet, & non ad peccata minima, id est, venialia, quæ vocamus, & sunt. Cùm igitur Sophronius in hac epistola Synodica confessionem suam edēs, dixit, liberam fuisse Virginem ab omni labe secundum

F 3 cor

Corpus, & animam, & mentem; complexus est, imitatus Apostolum, vires hominis naturales, quas habet corpus communes cum arboribus, ut siue manducamus siue bibimus, in gloriam Dei manducemus & bibamus. Et animales, communes cum animantibus, & spirituales, communes cum Angelis, quas Græci vocant, *φυσικὴν, αἰσθητικὴν, καὶ τὸ νοητόν,* ex quibus totus homo constitat, & quas mundare debet ab omni inquinamento. Hoc enim ordine creata sunt omnia, primum arbores, deinde animalia, postremò

stremò homo. Quòd si nõ opus erat Virgini, ut se mundalet ab omni inquinamento carnis & spiritus, sicut nos Apostolus in epistola ad Corinth. hortatur, quia erat munda, necesse est, ut dixi, ut Virgo gloriosa & felicissima lege illa peccati caruerit, quã Apostolus in membris suis sentiebat, & vnde se infelicem vocabat.

DEINDE, ut quod in hac quaestione potissimum est, ac maximæ auctoritatis, in extrema parte ponam; Habemus mysterij huius, ac gratiæ interpretem Angelum, ut mihi quidè videtur,

cuius salutationem, ac virtutem eius Lucas Euangelista proprietate sermonis Græci expressit. Declaravit enim secundum normam ac consuetudinem sermonis Græci, sic fuisse Virginitatem *καθαρισμένης* id est, gratia plenam, ut nunquam ante à gratia caruisset, ac proinde nunquam in originali peccato fuisset. Effuse enim *καθαρισμένης*, id est, gratia plenas, ut idem verbum eodem modo nunc interpretemur, sicut vetus interpretis novi Testamenti in salutatione Angelica interpretatus est, communi-

Quæ vim habeat *καθαρισμένης* quod interpretis vertit Gratia plena.

ne est secundum scripturam Pauli omnium nostrum, qui cum essemus impij, per remissionem peccatorum sanguine Christi vivificati sumus. Sic enim de istis ait Apostolus in epist. ad Ephes. in laudem gloriæ gratiæ eius, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, quod Latinus interpretis dixit gratificavit, Græcè est *καθάρω* pro eo quod est *δικαίω* id est, iustificavit : iustitiam enim aliquando vocat Scriptura *τὴν δικαιοσύνην καλεῖ*, id

De loco Apostoli in epistola ad Ephes. in qua, gratificavit nos Græcè *καθάρω*.

est, gratiā iustificantē, vt B. Cyrill<sup>o</sup> in com. Esa. c. 51. notauit interpretās illud: Appropinquat iustitia mea, aut *ἰχαρίτωνι* dixit pro eo qđ est *ἰκαλοποίησι*, id est, fecit pulchros in filio suo, qui eram<sup>9</sup> prius fœdi & deformes per peccatū. Sic enim Dionysi<sup>9</sup> Arcop. c. 4. de diuin. nom. pulchritudinē diuinā *καχαριτωμένη ὁραϊότητα* vocauit. Huius ergò verbi *ἰχαρίτωνι*, quo Paulus in nobis à Deo per Christū iustificatis vsus est, participiū est illud in salutatione Angeli *καχαριτωμένη* Itaque peccatores iustificati secundū verbū Apostoli sunt, &

Qui dicuntur secundū

& dicuntur *καχαριτωμένοι*, & in <sup>scriptura</sup> Eccles. cap. 18. nonne ecce <sup>καχαριτωμένοι</sup> verbum super datum bonum? Verumque *παράδοξι καχαριτωμένου*, id est, vtrumque apud hominē gratia plenū: scilicet loqui verbū, quod det gratiā audienti, & dare bonū datū. Quare si Lucas Virginē *καχαριτωμένην*, id est, gratia plenam ab alijs, qui secundū Scripturam, vt dixi, dicuntur, & sunt *καχαριτωμένοι*, id est, gratia pleni, tanquam excellentius gratia plenā distinguere voluisset, idq; vis Angelicæ salutationis postulasset, omninò articulū participio addidisset,

vt regula Grammaticæ cō-  
structionis Græcè require-  
bat, quam non ignorabat  
Lucas, etiam sermonis Græ-  
ci non vulgariter peritus.

Sed quia sic erat Virgo *κεχα-  
ρισμένη* id est, gratia plena, vt  
nūquam ea caruisset, erat-  
que sola ac singularis, quæ  
nunquam peccauerat, non  
erat ab alijs gratia plenis di-  
stinguenda, nec apponen-  
dus articulus participio ;  
quia participium sine arti-  
culo *τὸ μετὰ δὲ*, id est, sin-  
gulare significat, vt tradit  
Apollonius vetustissimus  
Grāmaticus, id est, ante an-  
nos mille quadrigētos, lib.

Quid si-  
gnificet  
partici-  
piū sine  
articulo  
secūdūm  
appropriatū  
sermonis.

primo

primo *πρὸς κορινθίους* cap. 27.  
& 28. Præterea Eccl. capit.  
26. gratia, inquit, mulieris  
sedulæ, delectabit virum  
suum, & ossa illius impin-  
guabit disciplina illius. Da-  
tum Dei est mulier tacita  
& sensata; non est commu-  
tatio eruditæ animæ: *καρπὸς  
ἐπιχαριτι*, id est gratia super  
gratiam mulier verecunda  
& sancta. Virtutes ergò vo-  
cat hic Scriptura gratias,  
quibus virtutibus multi a-  
bundant, qui habent, sicut  
ait Eccles. Gratiam super  
gratiam, & *κεχαρισμένοι*, id  
est, gratia pleni dici pos-  
sunt. Quare si Lucas Virgi-

Græci, ex  
obserua-  
tione A-  
pollonij  
vetustissi-  
mi Grā-  
matici.

F. 7 nem

nem huiusmodi genere gratiarum, id est, virtutum omnium plenā, à multis alijs, qui multis & varijs virtutibus pleni fuerunt, vt cæteris præstantiorem & ornatiorē fecernere voluisset, necessariò, vt paulò antè dixi, articulo appposito, *ἢ κυχαρατομένη* dixisset. Nunc verò cum nō sic dixerit, sed simpliciter *κυχαρατομένη*, admonuit nos, virtutes istas in sola Virgine nō fuisse *εἰ ἀγαθός*, id est, ex certamine, vt in cæteris omnibus. In Virgine enim non fuit pugna carnis & spiritus, quia in ea sola non fuit peccatum originale.

Epiphanius presbyter in vita Virgines quaesit fuit

nale. Sic etiā sensit Epiphanius presbyter Constant. qui vitam Virginis diligentissimè conscripsit. Is enim interpretans illud, Quoniā virum non cognosco, præter sententiam illam, quæ in promptu est, hanc quoque sententiā habere dicit

runt virtutes eius.

Meminit huius Epiphani. & vitæ Virginis, quæ scripsit Nicephorus.

*ἀνδρὸς ἐπιθυμίαν εὐ κείνηται, εὐκείνη δὲ ἀθέλημα σαρκεῖκῆς ἐπιθυμίας ἀνδρὸς*, id est, nō inest, inquit, mihi desiderium viri, ignoro quæ sit volūtas carnalis cōcupiscētiæ viri. Subiūgit postea hic autor, *οὐ γὰρ ἔχει τὴν κερταίαν κατ' ἐγκράτειαν καὶ ἀγαθὰ ἅσπασε τῶν γυναικῶν ἀκοσμίαν, οὐ καὶ σωφροσύνης ἐπιμιλούμεναι*

Calixtus, &

οὐκ

ex vita  
Virginis  
ab coſcri-  
pta ſum-  
pta ſunt  
lectiones  
in feſto  
preſenta-  
tionis vir-  
ginis in  
vetere  
Breuiar-  
io.

ἀλλ' ἐκ φύσεως, ἀπὸ ἐν ἑαίετον  
παρὰ τῶν γυναικῶν, καὶ ἐξ ἑ. ο. τῶν  
ἀνθεωπίνων φύσεως, id est, non  
habuit virginitatem ſecun-  
dum continentiam & pu-  
gnam, more honeſtarum  
fœminarum, quibus cura  
& ſtudium pudicitiae eſt:  
ſed ex natura, quod eſt ex-  
tra omnium mulierum fa-  
cultatem, & à natura alie-  
num.

DICTVM eſt de eo, quod  
Angelus dixit, gratia plena;  
dicendum eſt nunc de eo  
quod dixit, Benedicta tu in  
mulieribus. Sunt quidem  
& dicuntur in nouo Teſta-  
mento benedicti omnes;

qui

qui Chriſti participes facti  
ſunt, ſi tamen, ſicut Apoſto-  
lus ait, initium ſubſtantiae,  
id eſt, illud eſſe diuinum &  
nouae creaturae, quod per  
regenerationem in Baptiſ-  
mo Chriſti ceperunt, viſque  
ad finem firmum retinue-  
rint. Ad hos enim tranſiit  
promiſſio benedictionis ſa-  
ctae Abrahæ. Siquidem, vt  
idem Apoſtolus ait, Abra-  
hæ dictae ſunt promiſſio-  
nes & ſemini eius, qui eſt  
Chriſtus, & hiſ ſunt filij pro-  
miſſionis, qui ſecundum  
promiſſionem Iſaac nati  
ſunt. Vt enim, ſicut ait B.  
Chryſoſtomus in homil.

Benedi-  
cta tu in  
mulieri-  
bus.

Qui di-  
cantur in  
nouo Te-  
ſtamen-  
to bene-  
dicti.

de



de mutatione nominis Pauli & Abrahamæ, gratia illic operata est, sic etiam hic. Edictus est ille, inquit, ex utero, qui frigore obriguerat, & tu ex aquis frigidis ascendi sti, quod illi fuit uterus, hoc tibi fons Baptismi, ob hanc causam filij sumus secundum promissionem Isaac. Hactenus Chrysost. Si igitur filij promissionis sunt benedicti, quos benedixit Deus, sicut Apostolus ait, omni benedictione spirituali in celestibus in Christo, in benedictione ista omni spirituali est & remissio peccatorum; & sicut ait B.

Petrus,

Petrus, omnia diuinæ virtutis, quæ ad vitam & pietatem nobis de cælo donata sunt. Vnde idem Apostolus explicans omnem illam benedictionem spirituales & celestia illa dona, subiungit, sicut elegit nos ante mundi constitutione, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinavit nos, in adoptione filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudæ gloriæ gratiæ suæ; in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptio-

ptio-

In quo  
in primis  
consistat  
benedi-  
ctio eorū  
qui sunt  
filii pro-  
missio-  
nis.

ptionem, per sanguinem eius remissionem peccatorum. Ergo benedictio illa, cuius sunt hæredes filij promissionis, & cuius typus & figura erat benedictio Abrahæ promissa, in remissione peccatorum in primis consistit. Vnde Esaia. capit. 27. Propterea, inquit, auferetur iniquitas Iacob: & hæc est benedictio ei<sup>9</sup>, cum abstulero eius peccatum. Quem locum interpretat<sup>9</sup> B. Cyrillus, Promisit enim inquit, Abrahæ Deus dicēs benedicens benedicam te, & multiplicans multiplica bo semen tuū. Verūm, non est

est, inquit, benedictus secundum veritatem Abraham, nec multiplicatū est semen eius, lucentibus poenas peccatorum Israelitis. Postquā verò lapsi alioqui in omne genus vitiorum & impietatis, copiosam tamen remissionem cōsecuti sunt, trāsiuit ad eos promissio benedictionis. Quando igitur abstulero peccatū eorum, hic erit modus benedictionis ei. Hactenus Cyrillus. Congruit enim hoc, quod dixit B. Petrus in Actis Apostolorum: Vos estis filij Prophetarum & testamenti ei<sup>9</sup>, quod disposuit ad Patres

Quis mo-  
dus sit no-  
stræ be-  
nedictio-  
nis.

tres nostros dicens ad Abrahā: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terræ. Vobis primum Deus suscitās filium suum, misit eum benedicientem vobis, vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua. Nō igitur benedicit Deus, nisi conuertentibus se à peccatis suis ad eum, quia istis scilicet remittit peccata. Quare cum hic sit modus benedictionis nostræ, per remissionem, inquam, peccatorum. Si Virginem hoc modo benedictā Angelus vocasset, & eam Lucas Euāgelista, secundū vim Angelicæ

licæ salutationis, ab alijs eodem modo, licet non equaliter benedictis, tanquā magis benedictam distinguere voluisset, sicut in illo altero, Gratia plena dixi, articulum planè hic quoque apposuisset sermone ad vsū articuli accommodato, sic, inquam, dixisset *χαίρεις υμῶν*

*χαριτωμένη, ἢ εὐλογημένη σὺ γυναι-  
ξί.* Sed quia sola erat Virgo alio modo benedicta, scilicet nulla antecessa maledictione propter peccatū, quod remissione opus haberet, dixit simpliciter *εὐλογημένη σὺ.* Dauid quoq; dixit Abigail uxori Nabal *εὐλογημένη σὺ,* sed

sed quia non erat sola, imò  
alia quoq; erant benedictæ  
similiter, vt eam ab alijs di-  
stingeret, sequutus est ar-  
ticulus, qui suppleuit vicē  
articuli in priori participio  
prætermissi: sic enim ait:

*ἡ ἁγία ἡ μήνη ἡ ἀπόκαλυψις ἡ  
ἡ ἁγία ἡ μήνη ἡ ἀπόκαλυψις ἡ  
ἡ ἁγία ἡ μήνη ἡ ἀπόκαλυψις ἡ*

Gregor.  
Neocēsa-  
riensis.

est, benedicta tu, quæ pro-  
hibuisti me hodie, ne veni-  
rem ad sanguinem, & fer-  
uorem n̄r̄i manu in meā.  
Hinc magus q̄be. Grego-  
rius Neocæsariensis, quem supra  
dixi, cum hanc vim saluta-  
tionis Angēlicæ proprietate  
sermonis Græci à Luca  
Lvi  
expres-

expressā intelligeret, quòd  
scilicet sola virgo Dei ma-  
ter gratia plena, & sola be-  
nedicta diceretur, Ipse quo-  
q; eandem sententiam se-  
quens, in sermone de An-  
nunciatione, Hæc, inquit,  
sola Virgo fuit sancta cor-  
pore & spiritu: Quod si  
sola fuit sancta corpore &  
spiritu, ergo sola nunquam  
fuit in peccato originali. Et  
enim si aliquādo in eo fuisset,  
non iam sola, vt paulo  
antè dixi, sancta corpore &  
spiritu fuisset. Siquidem A-  
postolus cōmune esse hoc  
omnium Virginum vult,  
cum ait: Mulier inuupta &  
G Vir-

Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quare si sola Virgo mater fuit sancta corpore & spiritu, necesse est, vt sanctitas in corpore & spiritu, eius solius & singularis semper fuisset, & non vt in alijs Virginibus quæ prius fuerunt omnes peccato pollutæ & postea sanctificatæ. Ac rursus si sola hæc Virgo fuit sancta corpore & spiritu, vt hic magnus auctor Scripturam secutus affirmat. Ergo sola hæc Virgo fuit benedicta, & sola gratia plena, si quidē propter benedictionem,

nē, qua sola fuit benedicta, & ppter gratiā qua sola fuit plena, factū est, vt sola fuerit facta corpore & spiritu. **SEQVITVR** deinceps, vt illud quoq; explanemus, qd est in eadem salutatione ab Angelo dictum, Dominus tecum: quod quidem cum positum sit inter illa duo, gratia plena, & benedicta, quæ singulari modo, vt iam explicatum est, Virgini soli conueniunt; consequens est, vt hoc quoq; ita dictum sit, vt soli Virgini congruat: Significat enim, vt ait Petrus Martyr Patriarcha Alexādr. verbū

Dominus  
tecum.

*Epistola*

carnem esse tunc factum, cum hoc Angelus pronunciauit, idq; significare Dominus tecum, pro eo quod est: Deus verbum in utero tuo generatur & fit caro.

Citat hoc Petri Alexandrini testimonium Cyrillus Alexandrin. in defensione primi anathematis contra Nestorium. Verum nō hoc solum significabat, sed illud etiam, scilicet Dominum esse in corde eius per gratiam. Ut enim sola fuit semper *καὶ ἐν τῷ κοίτι*, id est, pulchra & gratia plena: ac benedicta, nulla foeditate aut inimicitia, aut maledictio-

*Francisci Turriani. 75*

ditione antegressa, sic cū ea fuit semper Dominus ab ipso puncto Conceptionis, id est, semp fuit in ea, quod Domino placebat, & gratum atque acceptū ei erat. Hoc enim significabat secundum idioma Scripturę sanctę, illud Dominus tecum, vt cum dixit Nathan Regi Dauid, Omne quod est in corde tuo fac, quia Dominus tecum est: quod quidem Paulus in Actis Apostol. Apostolica paraphrasi interpretatus est cū ait, cui testimonium perhibens dixit: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum

cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Fuit ergo Dominus cū Dauid, quia omne quod fuit in cor de Dauid, fuit secundū beneplacitum Dei. At cum sola Virgine singulari modo fuit Dominus, ita vt, ne tunc quidem, cum concepta est, aliquid in ea esset, nō secundū cor Domini, id est, quod Domino displiceret; ac proinde nunquam in ea peccatū originale fuerit. Verū sic fuit de Dominū semper cū sola Virgine, ex ijs, quae antea dicta sunt, probatū est. Etenim si sola Virgo fuit benedicta nulla antegressa

tēgressa remissione peccati, vt ex ipsa vi verborū, & rerū cōsequētia demonstratū est, & sola itē fuit gratia plena, ita vt nunquā gratia caruisset, vt do cuimus, ergo cū Virgine, sic sola benedicta, & sic sola gratia plena, fuisse Dñm Angelus nūtiavit, cū ei dixit, Dñs tecū, sola benedicta, illa enim vt dixi, duo, omninō postulant, vt quod interpositum est, & ex quo illa pendent, cū ipsis illis duobus conueniat. Nec enim sola benedicta esse potuit, nec sola gratia plena, nisi fuisset cum ea sola Dominus semper

vt iam explicatum est. Sed quæ hactenùs de gratia & benedictione Virginis explicata sunt, satis Virgo ipsa confirmat. Nisi enim nouum & inauditum genus gratiæ, & benedictionis ei nunciatum esset, non fuisset causa, cur in salutatione Angeli tãto operè mirata esset. Nunc autem cùm ex sermone Angeli intelligeret se solùm gratia plenam, se solam benedictã, sic secum esse Dominũ, vt eum nemine vnquam fuisset, turbata est, inquit, in sermone eius: turbata, inquam, est præ admiratione, scilicet,

conce

concepto timore quodam ex humilitate, qua se indignam iudicabat illo singulari genere gratiæ donatæ, & benedictionis. Et cogitabat, inquit, qualis esset ista salutio. Verbum est admirantis, qualis, Græcè *πορρωτός*, quo vsus est Mattheº, cùm ait: qualis est iste, quia venti & mare obediunt ei. Et Marcus, cùm ait: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et Ioan. i. cap. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater. Non ignorabat Virgo promissionem patribus factã benedictionis

Et cogitabat qualis esset salutio ista.

G 5 per



per remissionem peccatorum, sicut scriptum est in Esaia. Iste est omnis fructus: scilicet benedictionis promissæ, vt auferatur peccatum eius. Quod clariùs interpretati sunt 70. sic, auferetur iniquitas Iacob, & hæc est benedictio eius, cum abstulero peccatum eius. Sciebat Virgo, quod in eodem Esaia scriptum erat de benedicendis in femine Abrahamæ Christo, isti sunt femæ, cui benedixit Dominus. Si igitur Angelus Virginem in sua salutatione benedictam vocabat hoc genere benedi-

ctio-

ctiois, quod ex scripturâ notum erat, & omnibus in Christo promissum, quod quæ ex remissione peccatorum in primis constabat, & sic se benedictam vocari ipsa Virgo intelligebat, quomodo admirabunda cogitabat, qualis esset ista salutatione, in qua sic benedicta dicebatur? An verò illud Dominus tecum, nouum & insolitum erat? an nõ potius pluribus aliis in scriptura dictum? Si exieris, inquit, ad bellum contra hostes tuos, nõ timebis eos, quia Dñs Deus tuus tecum est: Et Dauid dixit Natan, Dñs tecum est.

G 6 Do-

Docuit etiam supra, quæ-  
admodum esse *κατακοινωνία*  
commune esset multorū  
secundum scripturam.  
Quod ergò mirabatur in  
salutatione, illuderat, quòd  
se solam benedictā, & gra-  
tia plenam, & cum se sola  
Dominum esse, Angelus  
nunciasset, quod necesse e-  
rat intelligi de nouo modo  
benedictionis & gratiæ, eo  
scilicet, in quo non fuisset,  
vt antea dixi, antegressa ma-  
ledictio, nec peccatum, nec  
alienatio à gratia, nec à Deo  
auersio, quod in sola Virgi-  
ne euenit. Hanc gratiam so-  
lam ac singularem cum ne-  
mine,

mine, excepta Virgine, cõ-  
municatā significat, Quod  
idem Angelus dixit postea:  
Ne timeas Maria, inuenisti  
enim gratiam apud Deum,  
Gracè *χαρις* sine articulo;  
quia singularis erat, & soli  
Virgini data, esse scilicet cõ-  
ceptam & natam sine pec-  
cato originali cum benedi-  
ctione: qui enim concipiū-  
tur in peccato originali, in  
maledictione sunt vsq; ad  
liberationem, sicut scriptu-  
ra sacra per Eccle. docet, cū  
ait, Impios, si nati fuerint in  
maledictione nati: & si  
mortui fuerint in maledi-  
ctione esse partem eorum:

Inuenisti  
gratiam  
apud De-  
um.

Est autem illud in maledictione nasci, commune omnium qui in Adam peccauerunt: Et subiungit rursus in eandem sententiam, quasi interpretans quid in Genesi maledictio illa terre propter peccatum Adæ facta, significaret. Omnia, inquit, quæ de terra sunt, in terram conuertentur, sic impij à maledictione in maledictionem. Hi enim, sicut ait B. Athanasius in lib. 3. contra Arrian. vt terra solum existentes in terram ibunt, id est, in perpetua mortis corruptione remanebunt: hæc enim est eorum pars, & fru-

ctus

ctus maledictionis: Benedicti verò, tanquam cum verbo coelesti, inquit Athanasius, vniti, in cœlû tolluntur. Quod verò accessit ad salutationem Angeli ex salutatione Elizabeth, benedictus fructus ventris tui, declarat causam benedictionis beatæ Virginis, id est, cur ab Angelo, & à sancta Elizabeth dicta sit benedicta in mulieribus, scilicet propter fructum vêtis eius benedictum. Quod si illa erat benedicta propter fructum benedictum, quæ editura erat, erat igitur fructus ille auctor benedictionis, ac proinde

Benedictus fructus ventris tui.

D E V S

*Epistola*

DEVS DEI Filius concep-  
tus de Spiritu sancto in vte-  
ro Virginis: qui facturus e-  
rat saluum populum suum  
à peccatis eorum, secundùm  
interpretationem nominis  
IESV, quod vocatum est ab  
Angelo, priusquam in vte-  
ro conciperetur, quod no-  
men continuò adiunctum  
est eidem salutationi. Hæc  
hactenùs in laudem gloriæ  
gratiæ DEI, qui soli Virgini  
matri, nulla antegressa ma-  
ledictione, benedixit, pro-  
pter benedictum fructum,  
qui ex utero eius edendus  
erat, qui est benedict⁹ in sæ-  
cula, & ante sæcula, Amé.

F I N I S.

Epistolam hanc de vera &  
propria peccati originalis  
definitione, & de im-  
maculata DEIPARAE Vir-  
ginis Conceptione typis  
dignissimam censeo.

*Albertus Vngerus, S. Theol.  
D. Professor & Procancel-  
larius in Academia Ilgol-  
studiana*

Fr. M. Dionysius Costac-  
ciarius Dominij Florenti-  
ni Generalis Inquisitor,  
licentiam imprimendi  
concedit. Die xv. Se-  
ptembris. 1581.

Post impressionem ani-  
maduerfa.

Fol. 19. lin. 10. Cuius, dele, &  
lege, Diuinæ autem.

Fol. 28. lin. 3. Sic interpunge,  
peccatū, per Adam manu.

Fol. 35. lin. 35. Sic interpunge,  
singulare enim ait.

Fol. 45. lin. 24. Post dede-  
bat, adde Nec erat dissenta-  
neum.

Fol. 73. lin. 20. Docuit, dele,  
& lege, Docui.

Pro conceptione vir-  
ginis absque pecc<sup>o</sup>  
originali extant  
op<sup>ta</sup> sequunt<sup>r</sup> aucto-  
ritates

Tertianus in superio-  
ri epist<sup>o</sup> ad phil<sup>o</sup> <sup>cap. 1<sup>o</sup></sup> <sup>et 2<sup>o</sup></sup>  
auctoritate conceptionem  
virginis absque orig<sup>ine</sup> pecc<sup>o</sup>  
conari est ostendit,  
et id quod singulari  
maxime laude, ut mi-  
hi videri, concurrens est  
recondita testimonia,  
et in finem eorum scripti  
sunt in luce ponendo,  
ut vir ille sapientis 2<sup>o</sup>  
in suis scriptis omnino  
tota in conditione pecc<sup>o</sup>  
nisi, et solent; sed alij